



A. Libavius
Tractatus duo
Physici
1594












DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 912
COLLECTION


SOL
EX LIBRIS
D
Dr. ERNST DARMSTAEDTER



TRACTATVS DVO PHYSICI;

PRIOR

DE IMPOSTORIA VVLNERVM PER VNGVENTVM armarium ſanatione Paracelſicis vſitata commendataque.

POSTERIOR

DE CRVENTATIONE CADAVERVM IN IVSTA CÆDE factorum præſente, qui occidiſſe creditur.

AVTORE,

ANDREA LIBAVIO HALENSI Sax. Med. Poe. & Phyſico Rotenburgotuberano.

HIS ACCESSIT EPISTOLA DE examine Panaceæ Amuualdinæ, quo apertiſſimæ luci proſtituitur, vt quiſque iudicare poſſit qua arte hactenus Amuualdus ſit vſus.

Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt. ſpecial. ad decennium.

FRANCOFVRTI,
Excudebat Ioannes Saur, impenſis Petri Kopffij.

M. D. XCIIII.



NOBILITATIS SPLENDORE, ET GRAVITATIS, DIGNITATISQVE AMPLItudine præstantibus Viris, & D. D. Consulibus & senatoribus liberæ & imperialis ciuitatis Norinbergæ, &c. D D. suis debitæ obseruantiæ officio honorandis:

ANDREAS LIBAVIVS M. D. P. ET PHYSICVS ROTENburgotuberanus salutem.

PRÆCLARAM admodũ, & humanæ in hac cõuersatione mundana saluti apprime necessariam nauant operam illi, qui, quibuscunque possunt viribus, tum in aliis studiorum generibus prauitatum obsistunt turbis, tum in vera medicina asserenda de-

da delirorum ingeniorum rimantur, extirpantque funditus inepta & vesana paradoxa. Fundamentum enim societatis humanæ, & vinculum est τὸ ὀρθὸν καὶ ἀληθές. Hoc collabi disrumpique necesse est peruersitatum præstigiis valentibus. Eo vero eueniente, quid ad cauendam cõfusionem ruinamque satis solidum munitumque esse potest? Vigilantes vos & animosos, Viri nobiles, graues & consulti, in illo ipso stabiliendæ veritatis officio esse, laudatissime cõstituta Resp. testatur vestra. Vt enim nihil de aliis dicam, quantos arietes opposuisti falsæ scientiæ Paracelsicis? Quanta cum diligentia in amplificanda ornandaque veteri veraque medicina elaborastis? Viget in Republ. vestra eius professio. Eadem veræ sanæque Chymiæ accessione ampliata gloriam suam adhuc defendit, falsa Paracelsicorum χειροτεχνία exulare iussa. Collegium medicorum solertissimorum peritissimorumque, eo colligastis vinculo, ea muniuistis autoritate

leg

legibusque firmastis, vt haud facile queat vllis corruptelis labefieri. Laudatissimo illo solertiæ vestræ exemplo aliis Rebuspublicis ansam similis curæ præbuistis. Medicos synceros ad amandum vos, magnique æstimandum inuitastis. Vestri instituti non me postremum profiteor admiratorem, quod ne verbis saltem deprædicem, sed & alio firmem argumento; offero vobis hanc ingenij mei, quanquam tenuem admodum opellam, continentem tractatus potissimum duos, partim Paracelsicorum prauæ oppositas phantasiæ, partim iucunditate quæstionum oblectationē rerum abstrusarum studiosis parientes. Adiunxi illis Amvvaldinæ Panaceæ examen accuratum, vt appareat quo artificio autor eius in vicinia multorum animos detinuerit. Fauete conatibus veritatis defendendæ explicandæque, & quod offero non tam dignitate rei æstimate, quam laudum vestrarum quibus impulsus ad vos veni, præstantia.

Quantum anniti ſtudio induſtriaq; potero, tantum in memoriam laudatiſſimi veſtri de medicina tuenda inſtituti conuertere ſedulo conabor. Valete. Datæ Rotenburgi ad Tubarim, prid. cal. Iunij, anno 1594.



TRACTATVS PRIMVS;

DE HOPLOCHRISMATE IMPOSTORIO PARACELSISTARVM,

Non ita pridem

IENAE THVRING. PVBLICE AD DISceptandum propositus.

Præside

ANDREA LIBAVIO D.

Iam autem

Additis scholis illustratus.

THEMATA

Περὶ ὁπλιαλείας.

1. VANQVAM ad medicos potius, quam physicos spectare ὁπλιαλείας explicatio videtur:

2. Nos tamen in ea quæstionem hanc: vtrum natura telo tantum curato sanetur vulnus necne; Physicam esse censemus.

3. De actu enim quodam mobilis naturalis quæritur:

4. Quem contemplari physici est.

5. Eius enim subiectum est natura.

6. Quam motus statusq; principium per se, & internum definiunt.

7. Adeo vt negato motu, negetur natura.

8. Facit pro nobis etiam authoritas philosophi:

9. Quæ in re tali valere merito debet.

10. Medici autem non hoc proprium est.

11. Vtpote cuius actio tota ministerio naturæ est dedita.

12. Composita ad auxiliandum ei, seu mededam afferendum.

13. Quod efficit diæta, pharmacis, chirurgia.

14. Ad

14. Ad hunc finem, vt ſanitatem præſentem conſeruet, collapſam reſtituat opera ſua.

15. Nobis non πρᾶξις, ſed ἡ ἐπιςήμη eſt propoſita.

16. Nec is ſi medica, quibuſdam vocibus phyſicis vſus diſſerit, medicum non agit.

17. Nec nos, ſi terminis vtimur aliquibus & vocabulis medicis a phyſica diſcedimus,

18. Non enim vocabula diſcrimen artium conſtituunt,

19. Sed ratio cuiuſque, & finis proprius (quanquam rigor legis καθ' αὐτὸ id requirebat quoque.)

20 Putamus autem nobis conceſſum eſſe, vti medicorum terminis aliquibus.

21. Nam eam artem phyſicæ cognatam ſcimus,

22. Nec in re vulgo ita appellata, de alio nomine laborandum.

23. Nec medicorum Coryphæus Galenus aliter ſentit,

24. Sic ergo incipiamus. Naturale eſt, id eſſe ſanabile, quod ad ſanitatem moueri aptum eſt.

25. E contrario igitur tunc, cum moueur, progreditur.

26. Sed moueri a ſe non poteſt.

27. Ab aliquo ergo actu mouebitur.

28. Is aut internus eſt, aut externus.

29. Internum in ſanabili naturam vocamus.

30. Externus, artis nomine deſignatur.

31. Huius miniſter & gubernator artifex eſt.

32. Non enim ars, cum immobile ſit principium, abſque eo agit.

33. Sed nec medicus actionem vltimo perficit.

34. Formam enim in mobili ad repatiendum non habet.

35. Vtitur ergo adminiculo artis, ſeu inſtrumento.

36. Eſt autem aliud id, quod ſanatur, aliud quo ſanat.

37. Quemadmodum & aliud patiens, aliud agens inſtrumentale.

38. Si inſtrumentum vltimum, proxime tangit paſſum.

39. Id cum ſit medicamentum immediate applicandum paſſo, in ὁπλιατρία mirum eſt, a ratione hac diſcedi.

40. Non enim vulnerata pars, ſed telum quo vulnus eſt factum, medicamento particulari tangitur, attamen ſanatur vulnus.

41. Quod quidam volunt fieri vi magica, quidam naturali.

42. Quanquam non ignoremus magica a suis authoribus non opponi naturalibus, sed potius supponi.

43. At nos cum vulgo magian superstitiosam intelligimus, quæ vi, consilioque dæmoniaco perficitur, non naturæ nutu, quamuis hinc prætextus quæratur.

44. Vtra vero causa sit, dignum quæsitu existimauimus.

45. Si telum est sanando vulneri: hanc vim habet aut a se, aut aliunde accipit.

46. A se agit aut quatenus telum: aut quatenus quid adiunctæ affectionis habet.

47. Telum, vt telum, rationem instrumentalem in vulnerando, quo soluitur continuitas, non excedit.

48. Atqui sic lædit potius diuellendo, quam sanat vniendo.

49. Sanaret etiam quoduis vulnus, etiamsi eius causa non fuisset.

50. Et cum in lædendo eius ratio fuisset, necesse foret, vt ea immutata per se esset ad salutem inferendam.

51. Et haberet eandem vim, etsi non adhiberetur ei medicina.

52. Deberet etiam tangere vulneratam partem.

53. In adiunctis affectionibus numeramus relationem singularem, qua huius vulneris debet esse telum.

54. Mo-

54. Modum etiam, quo nocuit, & quæ alia accedunt.

55. Sed in iſtis aliquid ad ſanandum efficaciæ ponere, per ſe quoduis cuiuis attribuentis eſt, & ſignis relationibusque peculiarem actionem aſſignantis.

56. Quanquã magicus quiſpiam in his quandam præparationem ad diſpoſitionem, & cognationem naturalem ponat fortaſſe, ſed fruſtra.

57. Neceſſe enim eſſet, vt κατὰ παντὸς καὶ καθ᾽ αὑτὸ idem ſemper καθόλου conſequeretur.

58. Nec quæ adiumenta petuntur a cœli influxu eos iuuant:

59. Cum motus percutientis plerunque ſit temerarius, & inordinatus.

60. Requiritur etiam, telum eſſe alicuius materiæ, formam habere aptam, manifeſtis occultiſue temperamenti virtutibus præditum eſſe.

61. Sed iſtos medicos horum nihil reſpicere oſtendit medicatio.

62. Quæcunque enim materia ſit, lignea, lapidea, ferrea: quæcunque forma acuta, obtuſa, anguloſa, rotunda: quæcunque qualitas manifeſta, frigus, calor: quæcunque etiam temperies, nihil obſtat illis ad procurandum effectum.

63. Nec deeſſet nobis ratio, qua oſten-

dere-

deremus, nihil ita prodesse telum, nisi in re manifesta non hærendum putaremus.

64. Accidit & hoc telo, vt obligetur, ab aere remoueatur, a rubigine prohibeatur, infigatur vnguento, adipi, terræ, pani. &c.

65. Horum nihil per se sanat vulnus.

66. Nam non telum tantum, sed & alia, quatenus ista accederent, eandem vim obtinerent. Hæc de iis, quæ in telo possint considerari.

67. Si vis aliunde est, ea aut a medicina erit, aut per medicinam. Nisi hæc frustra adhibetur.

68. Si a medicina: temeraria est cura teli, cum deberet potius vulnus curare, idque longe rectius.

69. Quod si eo modo temperatur medicina, quæ alias parti laboranti non commode poterat accommodari: dico primum nulla necessitate cogi medicum ita agere cum præparationes sint plures.

70. Postea nego posse ita sanari morbum naturaliter, etiamsi teli materia vim a medicamento accipiat: vt infra demonstrabimus.

71 Si per medicinam: splendida quidem vtuntur ratione, at fallaci, de cognatione facta per constellationes certas, & amicitia inferiorum cum superioribus.

72. Sed proditur statim somnium tum medicinæ varietate, tum neglectione siderum vulgari.

73. Et quod non sufficiat directionem habere ad telum, sed ad materiam eius, & ad vulneratum corpus.

74. In his autem nullus consensus est, pro maxima varietate, qua vtuntur.

75. Vis quoq; sanatoria in certo subiecto tam exacte ex superis deriuari nō potest, nisi cum vniuersali deducatur.

76. Hanc autem telum medicatū neutiquam mouet.

77. Non enim quoduis cuiuis sed determinato est amicum.

78. Quin nec si adeps humanus habeatur: (nam hoc vtuntur quidam licet alij ex craneo quid sumant, alij aliud) idem ad omnis indiuidui vulnera sananda faciet.

79. Sicut enim in aliis, ita & inter homines δυσπάθεια & impotentiæ reperiuntur plures.

80. Et interdum ex morbido cadauere, interdum ex sano sumitur pinguedo.

81. Frustra etiā hoc prætenditur, quod in telo aliquid læsæ partis hæreat, quo mediante fiat directio ad singulare.

82. Non enim necesse esset in telo fieri sanationem.

83. Cū in quouis alio subiecto, in quod

vel

vel ſanguis, vel ſpiritus, vel aliud quid ex vulnere decidiſſet, fieri poſſet.

84. Sed ad talia ſequi effectum nolunt. Et ſi ſequeretur, iam caderet ὁπλιατρία.

85. Poſtea ſi maioris quanti, per ſe maior eſt virtus.

86. Plus autem ſemper alio, quã ad telum peruenit:

87. Neceſſe eſſet, vt directio fieret ad id, quod effluxit potius, quam ad id, quod telo adhæret.

88. Cum etiam potentioris motus ſit fortior:

89. Vulnus potius moueretur ad corruptionẽ, & putredinẽ, quam ad ſanitatẽ.

90. Nam quod in terrã, vel alio defluxit, id perit.

91. Quod perit non ſaneſcit, ſed ceſ-(ſat eſſe.

92. Pars vero vulnerata integrari ſeu vniri deſiderat.

93. Quo nõ peruenit ſi corrupta fuerit.

94. Verum enim vero iſta directio ad cognatum per medicinam & telum vim aliquam ſanatricem externam diriget.

95. Ea eſſet vel ex mentibus Deo aut dœmoniis: aut ex naturalibus motu, influxuque cœli, & elementis vocatis.

96. Omnia vel appetitu ſuo ad medicinam affluerent, vel attractione magica.

97. Diuinam vim & dæmoniacam proprio

prio motu ad medicatum telum, quam ad corpus ſanabile adeſſe potius, nullam habet rationem.

98. Aut enim communis, & omnibus creatis collata eſſet, aut in certam quandam rem peculiariter immiſſa.

99. Illa ageret in ſanabile potius, quam in medicinam propter diſpoſitionem maiorem.

100. Hæc hoc in loco ſanatiua eſſet.

101. At extra ſanabile non inuenietur, cum non ſimpliciter ſanatiua, ſed talis partis foret.

102. Nec temeritas Deo eſt aſcribenda, quaſi fortuito vagaretur.

103. Quin ſi a Deo aut dæmonio eſt, non naturaliter aget medicina.

104. Extrinſeca enim forent principia rei naturali ſimpliciter.

105. Cœli influxus, vt & elementaris naturaliter hæret in affini.

106. Telum autem nihil aut parum habet affine cum cœlo, & animali.

107. Affinitas enim deberet in ratione ſanatiua ab vno ad alterum transferenda conſiſtere.

108. Et potior eſt cognatio caloris animalis cum cœleſti.

109. Quod autem cognatius, id ducitur magis.

110. Alia

110. Alia ratio superest nulla, ne quidem ex probabili solum natura.

111. Cœli enim motus, & influentia sine electione omnia subiecta attingit.

112. Quod si telum medicatum pręanimalis læsa parte, vim accipit, illud simile esset, hæc dissimilis, quod nos negamus rationem aliquam habere.

113. Vlterius cœli vis nō influit nisi aere mediante.

114. Aer omnibus planetis subiectus ab omnibus præparationem, seu dispositionem ad vim accipiat, necesse est.

115. Et idem corporibus quoque familiarissimus est.

116. Quamuis ergo medicinæ aliqua sit ad sidera applicatio: potior tamen est ea, quæ in aere est procliuitas.

117. Quod potius est, id melius est.

118. Melius natura appetit, omisso peiore, si fieri potest.

119. Non ergo foret naturalis transitus virtutis in falsam istam medicinam potius quam in aerem.

120. Attractio magica fit vel medicamenti virtute, vel eius qui operatur, nempe artificis.

121. Medicamenti vim nullam aliā possunt afferre magi, quam magneticam, quæ familiare allicit, de quo ante.

122. Artifex ipse præter medicinam vtitur rerum characteribus.
123. Siue cogitatis, siue pronunciatis aut fictis: quales sunt imagines phantasticæ, verba, statuæ, signa.
124. In quibus ex falso fundamento falsa colligit.
125. Vanum enim est, quod dicit verba ita se habere ad verba, vt res ad rem, & verba ita cum rebus conuenire, vt moto vocabulo statim res moueatur ipsa: & vehementem mentis notionem formare naturam spirituũ, vt foras progressi attrahant simile tanquam per cathenam, idque quo vult artifex, dirigant.
126. Ratio non longe petenda est, cum propria leuitate omnia cadant.
127. Et opponimus experientiam, quæ effectum non consequi, nisi casu aliquando, ostendit.
128. Et cum Melancholici habeant maxime fixos spiritus, & attentissimos, in horum potestate essent omnia.
129. Deus quoque alligatus secundis causis foret.
130. Quod dicere impium pronunciant Theologi.
131. Sed & ratio non consentit.
132. Attractio enim aut essentiam Dei (& dæmonum) mouet, aut virtutem.

133. Si illam: erit aliqua essentia cognata Deo, qua attrahatur.

134. Deus quoq; habebit aliquid simile in sua essentia essentiæ trahenti.

135. Non ergo vsque quaque simplex est Deus.

136. Atqui etiam vis afferretur Dei essentiæ.

137. Vtrunq; absurdum impiumq; est.

138. Si virtus attrahitur, aut sola aut cũ subiecto ducetur.

139. Quod attrahitur absens est.

140. Vtrum igitur sit, absens erit Deus.

141. Absurdum autem, Deum non omni præsentem statuere.

142. De dæmoniis finitis, nulla ratio est, cur distet loco virtus a subiecto.

143. Attrahi vero naturaliter nullus dæmon potest a virtute inferiore.

144. Voluntarie e consensu eius si adducitur, exceditur ratio naturæ.

145. Sed adducatur vis sola; ergo aut per alterationem aut deriuationem.

146. Fieri nequit per alterationem.

147. Virtus enim rei incorporeæ sine suo subiecto non transit in rem corpoream; eiusque fit qualitas.

148. Foret etiam eadem separabilis & inseparabilis a corpore.

149. Si per deriuationem: vis dæmonia-

ca ex corpore in corpus extendetur, aut ſi tota transfertur ſuum ſubiectum deſeret: quod abſurdum eſt.
150. Quo enim pacto fiat, ne fingi quidem poteſt.
151. Magica attractio fit non ſine corpore:
152. Si vis dæmoniaca ſeparabilis eſt, nō attrahetur.
153. Si inſeparabilis, a ſuo ſubiecto quod eſt incorporeum, non deducetur.
154. Inſuper vim attractam, oportet ne elementarem quidem eſſe.
155. Non enim omnia curantur ita vulnera, ſed leviſſima quæque.
156. Ex leui autem per ſe effectu, indicatur imbecillis cauſa.
157. Nec mentes, quæ ſunt actionis liberæ, ita attrahuntur naturaliter.
158. Nulla etiam ratio eſt, cur homo non ſimiliter, aut potius attraheret hominem nullo alio medio.
159. Et ſi ſimili attrahantur, fugabuntur diſſimili.
160. Nulla ergo cura ſuccedet.
161. Non enim momento peragitur, ſed ſpacio aliquo.
162. At ſæpe accidit, vt ante peractam curam, non tantum elementaria diſſimilia interveniant: ſed & paſſiones cœleſtes aduer-

aduerſentur, quarum conſenſus tamen erat ad magicam attractionem neceſſarius.

163. Quin & ſæpiſſime fit, vt ſit cœli conſtitutio, infenſa rei læſæ, tunc cum læditur, duretque interdum diutius.

164. Amica enim non ſinit lædi, ſecundum magos iſtos.

165. Tam fortem autẽ eſſe adipem, vel vnguentum præparatum, vt omnem Dei, Dæmonis, cœli, & elementorũ adverſam vim auertat, fieri nullo modo poteſt.

166. Aut ergo non inchoabitur, aut interrumpetur cura.

167. Impium eſt magicã attractionẽ interpretari ad ſimilitudinem actionis, & præſentiæ diuinæ in Eccleſia.

167. Diſſimilitudo enim maxima eſt.

168. Hanc namque promiſit, illam reiecit.

169. Hanc ſponte præſtat amore hominum, non medicinarum: illam prohibuit.

170. Pulchre quoque ex magorum fundamentis contrarium conſequens eſt.

171. Si enim repellitur vis diuina per id quod auerſatur:

172. Et Deus odit magiam.

173 Nullis viribus eius poteſt adduci, vt ad effectum agendo per ſe conſentiat.

174. Omnino ſi tam potẽs eſt attractio, vt vim idoneam a cœlo perducere ad te-

lum possit, hoc ipso naturam non sequitur attractor.
175. Dum non ad partem mobilem, sed alio & per longa interualla adducit virtutem.
176. Et principium ex mente non ex natura sumit.
177. Respuit natura id quod abundat.
178. Et quod artificio fit, non potest esse causa per se naturalium.
179. Si etiam vnicum est medicamentum, cui vis infunditur: contrariorum erit capax simul, aut contrariis constellationibus, imo omnibus factum.
180. Dicitur enim omnes iuuare, siue consentientia habeant sidera, siue dissentientia: siue subiectum sit hoc vel illo modo dispositum.
181. Fieri non potest, vt talis medicina, ex vllo elementari, vlla præparatione fiat.
182. Virtus sanandi aut non egreditur teli subiectum, aut inde egressa ad partem vulneratam propagatur.
183. Si non egreditur, & nihilominus sequitur effectus actione istius virtutis, aut magicum incantamentum fieri dicimus, aut subesse ex accidente causam.
184. Passio enim ibi typi refertur ad antitypum effectiue prorsus innaturaliter.
185. Cum discontinui affectio neutiquã perti-

pertineat ad disiunctum etiam summe simile.
186. Sed est talis, quali vtuntur magi dæmoniaci.
187. Illata non vi similitudinis, sed dæmonis alicuius, occulto modo sanationem perficientis.
188. Ex accidente sanaret modo, dum id quod alioquin sanationem & interni agentis motum prohiberet, remoueret.
189. Videtur enim ex putrefactione sanguinis in telo posse halitus expirare, qui ob Sympathian petens partem vulneratam, noxam illi inferret.
190. Videtur & calor præter naturalis in telo ex putredine accensus pertingere posse ad locum affectum, & ibidem Phlegmonen parere.
191. Quin & procreare hæmorrhagian aut alium humorum affluxum, quibus impediretur naturalis sanatio.
192. Habet & phantasia ægri aliquid causæ, tum ad attrahēdum dirigendumq; ad partem læsam spiritum istum, tum ad mouendum hūmorem, & principium sanatiuum in corpore existens.
193. Omnia videntur prohiberi obligatione teli, & correctione spirituum per medicamentum.
19 . Sed ista quanquam splendida sunt,
 teme-

temeraria tamen ſunt,

195. Si enim nihil ex telo ad partem affectam peruenit, & metus & labor temerarius eſt,

196. Quod nihil poſſit peruenire, oſtẽdent tum eæ rationes, quas paulo infra recenſebimus, tum hæc, quod ſæpe nihil in telo ſanguinis ſit, ſæpe is abſtergatur,

197. Poſtea quod lõge vis maior ad putredinem deberet eſſe in eo ſanguine, qui in veſtimenta, terram aliaque defluxit, quæ viciniora quoque loco affecto ſunt quam telum,

198. Quod autem dicunt male curato telo, noxam ſentiri in vulnere: vnde neceſſe ſit eorum argumentum verum eſſe:

199. Dicimus nec ſemper hoc fieri, nec ſi fit, naturale quid eſſe, ſed dæmoniacum, aut fortuitum.

200. Imo non ſemper exploratum eſt, quomodo ſe habeat telum ad vulnus.

201. Curator enim longo interuallo ſcire nequit, vtrum reſpondeat curæ effectus nec ne: & an diſpoſitum maneat ſanabile,

202. Qui vero iſtum effectum dæmoniacum eſſe negant, illos ſimplicitate ſeduci affirmamus, aut pertinacia laborare.

203. Nihil enim obſtat, quin ad ſuum finem obtinendũ etiã inſcios fallat dæmõ.

204. Non

204 Non dubitamus plurimum in patientis phantaſia momenti eſſe.

205 Sequitur enim ſpirituum motum humor.

206 Sed id totum infringit, quod etiam inſcij & parum fidentes ita curentur.

207. Et beſtiæ, quæ, vt dici ſolet, actu reflexo carent.

208. Non autem ſine ratiocinatione eſt iſta imaginatio.

209. Si hæmorrhagian ex accidēte prohiberet, euerteretur ſententia eorum, qui id per ſe efficere ſentiunt.

210. Hæc quoque ſi eſt, vis coarctandi vaſa, aut retrahendi vel inſpiſſandi ſanguinem ad vulnus perueniet, quod fieri non poſſe docebimus.

211. Si enim peruenit aut mediate, aut immediate peruenit.

212. Non mediate.

213. Non enim tangit, quod remotum eſt, primum.

214. Debent autem immediata tangere extremis ſimul.

215. Si mediate, extra naturam quidem per dæmona fieri poſſit.

216. Naturaliter non niſi per corpus tranſportari poteſt.

217. Cum enim corpus ſanctur; a corpore tangi id neceſſe eſt.

218. Nec virtus illa ſanatiua a corpore eſt ſeparabilis.
219. Tota enim eius actio eſt corporea.
220. Corpus id medium aut idem eſt perpetuo aut varium.
221. Virtus quoque illi iungitur, aut interuentu alterius cuiuſdam qualitatis ex primis, ſecundis, tertiis, (vt vocant.) aut ſimpliciter interueniente nulla.
222. Et ſi interuenit quædam, ea aut vna ſemper erit, aut mutata.
223. Eſto corpus vnum, aut cœleſte id erit, aut elementare.
224. Non cœleſte.
225. Hoc.n.elementaribus, in quib. locatum eſt agens, & patiens, non miſcetur.
226. Oportebat autem id in loco eorũ eſſe, & tangere vtrunque continuo.
227. Ex elementaribus præter aerem nullum eſſe poteſt illud.
228. Hic enim ſolus communis agenti patientique eſſe poterat.
229. Sed neque hic ſolus & vnicus vim ſinceram defert.
230. Prohibetur enim tam a teli, quod obligatũ includit, quã a vulneris acceſſu.
231. Accedit, quod in tanto interuallo non halitu tantum miſcetur.
232. Sed & pluuiis, & motu in diuerſas regiones procul a patiente abducitur.

233. Nisi vt lumen velis vim istam communicari toti, quod impossibile est.
234. Nam vis eius in termino esset omni.
235. Quæuis vulnera in quouis sanaret.
236. Siue telo moto, siue corpore vulnerato, siue solido interueniente, accederet, recederetque.
237. Non penetraret ad intima: & quæ plura consequuntur.
238. Si plura corpora intercedunt, aut eadem vis omnia immutat, aut alterum vim accipit sine sui mutatione, ab altero.
239. Vtrouis modo fieri nõ potest, quin varietur ipsa.
240. Sequetur enim conditionem subiecti, sic, vt calor in diuersis diuersus est.
241. Et cum omnia a similitudine pendeant & proportione magnetica, non recipietur a quouis, sicut nec magnetis vis quoduis mouet.
242. Omnia autem eandem dispositionem habere impossibile est.
243. Forma enim, & temperamentum & alia, in quibus est dispositio, non sunt eiusmodi.
244. Quin nec aer vbiuis locorũ similiter se habet, tũ a subiectis locis mutatus, tũ ab omnib. generis constellationib. & vẽtis.
245. Nec valet ratio, quæ vult agentem virtutem quodq; corpus sibi præparare,

246. Non

246. Non enim omne corpus obſequitur.
247. Nec tantillę molis, & ſimplicis vis, poteſt eſſe tam valens & varia.
248. Sydera vltra ſubiecti naturalem diſpoſitionem naturaliter non agunt: minus multo vis teli.
249. Mutari etiam naturas plurium neceſſe foret.
250. Quod ſi demus a telo medicato vim pertinere poſſe ad partem ſauciam: at nō ſemper eodem modo diſpoſitum corpus patiens reperiet, nec vni certe parti tantum ſe applicabit.
251. Neque enim cælum, quod pluribus non vni influit, neq; imaginatio, quæ ſæpe non adeſt, neque ſympathia, quæ millies intercipitur, ad determinatam in toto particulam eam ducet.
252. Vnde ſi plura ſint in corpore vulnera pluribus telis facta, licet vnum tantum curetur, tamen vis naturalis in corpore ſibi ſimili citra electionem in omnia vulnera ageret, atque ita ὁπλιατεία ex parte caderet.
253. Spacium quoq; interueniens, motus, & tempus, & locus non admittunt iſtam deductionem, ſanationemque.
254. Nihil enim vltra determinatum agit ſpacium.

255. Et rei finitæ virtus finita pro cuiuſque modo.

256. Sumunt autem iſti quodvis ſpatium neglectis reliquis, ſine quibus tamen fieri effectus non poſſet.

257. Tametſi quidam diætam addant, quam tamen, ipſi non patiens, obſeruant: ridiculo conſilio.

258. De interuentu aliarum qualitatum ſiue cœleſtium, ſiue elementarium dicimus, non poſſe eas diſſimiles maxime ſine longa actione immutationeque ſimiles euadere.

259. Quod ſi non factum fuerit, in indiſpoſito recipietur violenter, quod naturæ aduerſatur, & magico inſtituto.

260. Neque tamen ſine qualitatib. præexiſtentibus rei ſubiectæ fit alteratio.

261. Quia in vehiculo requiritur, vt ſit aptum ad vehendum. De quo pauliſper adhuc contemplabimur.

262. Aut ſimpliciter medij rationem habet id quod interiicitur inter medicinã & locum affectum, aut vehiculum eſt.

263. Si medij: fieri non poteſt quin aut receptio in hoc primũ fiat, aut aliud corpus per huius vacuos poros tranſeat vſque ad affectam partem.

264. Si enim cedit loco, iam non eſt medium.

265. Illud esse non posse partim ante o-stensum est, partim ostendetur statim.
266. Hoc partim recte dicimus ab Aristotele contra Empedoclem, Democritum Leucippum,&c. explosum esse.
267. Partim redire ad rationem vehiculi, quæ esse nequit.
268. Vehiculi ratio est, vt ipso moto aliquo modo, per aliquid ad aliquod ab aliquo, res vecta moueatur similiter.
269. Non autem est rei vectæ proprium subiectum, sed aliunde ascitum.
270. Antequam ergo susciperet rem, rationem istam non habuit.
271. Sed sua natura ferebatur, vt aptum erat, non ad partem affectam, sed κατὰ ῥοπὴν φυσικήν.
272. Præter naturam itaque & vi dirigetur alio.
273. Vim, si extrinsecum naturale quid infert, iterum quæstio de impellente naturali erit vsque in infinitum.
274. Si quid extra naturam, fortuita aliqua causa aut consilio agens erit.
275. At hic cadit intentum medici per naturam curare volentis.
276. Ibi deficit ratio, quomodo fortuito motu ad certam semper peruenire possit partem.
277. Mouet ergo ipsa vis quæ mouetur vehiculo.
278. Si

278. Si vis mouet vehiculum, id in sua potestate totum habebit.

279. Hoc naturaliter fieri non potest, nisi aut forma sit eius, aut totum ita immutauerit, vt possit ad nutum eius omnino obsequi.

280. At cum non fieri possit, vt semper fuerit tale, sicut diximus, ex non tali euasit tale.

281. Facta est mutatio per actionem immutantis.

282. Quod immutat δραστικόν est.

283. Elementare est ipsum, si immutat elementare.

284. Vltimum enim mouens ὁμογενές.

285. Est & passibile vicissim.

286. ὅλως γὰρ τὸ κινοῦν ἔξω τοῦ πρώτου ἀντικινεῖται. καὶ τὸ ποιοῦν πάσχει ὑπὸ τοῦ πάσχοντος.

287. Quod si vicissim vis illa ex telo dimanans passa est, immutata sane est, nec amplius vel omnino vel tam sanatiua.

288. Cum etiam cœlestis dicebatur esse, facta elementaris, formam suam amisit.

289. Differunt enim cœleste & elementare formis.

290. Erat autem eius forma hæc, vt esset talis vulneris in tali subiecto sanatiua.

291. Ex sanatiua ergo vi facta est non sanatiua.

292. Nam ex contrario in contrarium est mutatio.

293. Si non eſt ſanatiua, temeraria eſt tota actio per telum.

294. Nam non ſanatiuum non poteſt ſanare, qui finis erat actionis.

295. Sed negabitur fortaſſis, formam eius inſanatiuo cõſtitiſſe, quia actione primum ex non tali factum ſit tale:

296. Dicimus diſſimile fuiſſe attractum.

297. Quo euertitur tota magorum natura abeuntium ſchola.

298. Etenim ſi imaginationem operantis ſequitur vis cœleſtis, ob ſimilitudinem: contraria vulneratæ parti allici nõ potuit.

299. Quod ſi diſsimilis primum fuit illa virtus, neceſſe eſt vt vel in proprio vel alieno ſubiecto evaſerit ſimilis.

300. At in neutro potuit.

301. Cœleſte enim ſubiectum non deducitur: in alieno, eo vſque manere appetitus naturalis non ſinit.

302. Immutantur etiam contrario eiuſdem materiæ.

303. Tale autem in operantis artificis poteſtate nunquam eſt.

304. Quin ſi elementari & cœleſti oppoſitis, nunquam alterum in alterius naturam tranſit.

305. Non poterit peruenire cœleſte vſque ad artificem.

306. Sed & ſi concesſerimus artificem

potuiſſe

potuisse denuo informare virtutem cœlestem, tamen illa forma in vehiculo amittetur vt diximus.

307. Patuit ergo nullam rationem naturalem in tota ὁπλιατεία esse, siue virtutis ad medicatum telum attractionẽ spectes, siue traductionem ad partem affectam.

308. Si nihilominus naturalis est sanatio, & non dæmoniaca, ea non procedet ab externo agente, sed eo quod parti est internum, seu natura subiecti sanandi.

309. Cui astipulatur cum ratione experientia.

310. Nam sanatiuum principiũ in mobili ad sanationem est & vt Hipp. loquitur φύσιες ἰητροὶ τῶν νόσων.

311. Deprehenditur etiam sola vulnera simplicia sæpe persanare sine adminiculo externo.

312. Composita, principali quidem, at non citra opem medici curat.

213. ὁπλιατροι composita vulnera, nisi leuia sint, & quæ paulo sunt grauiora simplicia, curare sua operatione non possunt.

314. Sæpe decipitur vulgus, quod ablutionem vulneris simplicis, obligationem per lintea, stuppam, & alia in nullo medicinæ loco ponit: cum debita vulneris obligatio, prohibitio, accessus aeris alieni,

& phlegmones hęmorrhagiæque auersio, plurimum habeant momenti.

315. Cum igitur etiam absque telis delibutis possit sanari vulnus simplex: impostoria tota erit ὁπλιασεία & vel magica, vel ludicra: quod demonstrare voluimus.

BREVIS COMMENTATIO IN POSITIONES DE VNGUENTO ARMARIO.



VM IENÆ essemus cupidi discendi, & varia naturæ argumenta tractandi, quę seu fortuna seu animus, vel pro arcanis habita, vel non satis cognita offerebat, incidimus aliquando in quæstionem hanc, quam ipsum nomen ὁπλιαλείας vel ὁπλοχείσμαλ⊙ perstringit. Voluit enim ex nobis scire vir quidam clarissimus, celebritateque nominis ob multa sui ornamenta passim notissimus, quid causæ in natura habeat actio illa mirabilis, qua etiam absentis vulneri medicina fiat, non applicato remedio ipsi vulneri, sed armis, quibus est inflictum, aut saltem ligne oramento, vel panno, & cui instil-

G.M.Th.

instillata foret sanguis, ex vulnere gutta, idque per spacium indefinitum, siquidem vnum, duo, plura miliaria absens, ita sanitati restituatur.

Putabat autem ipse nullam nec imposturam, nec magicum incantamentum in re esse: sed meram naturam, cuius vis occulta etiam indistans porrigeretur, rectaque ad vulnus, vt familiare sibi, seu raperetur seu tenderet. Addebat argumenta superstitioni aduersa, quod ab illis vsurparetur in Sueuia frequentissime ista cura, qui religiosissimi & re & fama essent; nō vsuri ista, si quid alienum a pietate contineret. Deinde quod nulla nec verbo nec facto impingeret in ὀρθοδοξίαν responsorum diuinorū, quod aliquando solenne est magicis carminibus. Insuper quod naturę quędā subesse videatur consensio vulnerati & vulnerantis, vtpote hoc tincto vel sanguine vulneris, vel halitu, vnde postea conuertātur mutuo, similiterq; ab vnguento afficiantur. Respondimus tunc nos quidē ex tempore: Vulnus ipsum quidem naturaliter curari, ceremonias vero istas vel magicas esse, vel impostorias, vel ad speciem confictas, ad animandum vulneratum, & ipsi quadam fiducia conciliata, dirigendum per imaginationē, vires naturaliter ad ipsum locū affectū, vt eo

Pro hoplistria.

Quid sentiendū de Vnctione armaria.

plenius ſanetur: Inſuper etiam curas & alias perturbationes obſtantes ſanationi auertendas. Hæ enim quantum obſint medicationi perfectæ & artificioſæ, notum nimis eſt.

Magia non attendentis, aut prætextum quærentis.

Magia non excuſatur ſanctimonia vtẽtis. Quotus enim quiſque eſt, qui non patiatur, ſibi imponi ſeu ab aliis inſciis, & non intelligentibus vim, ſeu a conſciis prætextum quendam & ſpeciem religionis præ ſe ferentibus? Et inſcius aliquis magicas ſortes, ferre poteſt. Et conſueuit diabolus intelligentibus veras cauſas variis modis ad ſuperſtitionem confirmandam illudere, quod nimis manifeſtum & vſitatum fuit in papatu, pontificibus ipſis, ſanctiſſimis ſc. patribus, imo qui credebantur ipſa ſanctitas, multa talia tractantibus, roſasq; aquas luſtrales, reliquias, & ſimilia ſtultorum illectamenta vendentibus: quin & Grimorium ſuum & alia diabolorum inuenta, cultaq; valde ſancte celebrantibus. Noui homines, qui iuramento aſſerere auſint, appenſum Abracatabra febrim citra ſuperſtitionem curare, propterea quod ipſi obſeruantiſſimi alias ſint diuinorum mandatorum. Et qua fide Paracelſus fuiſſe traditur a ſuis? At is eiuſmodi ſchedulas quaſdam mirifice commendat, ſicut & electrum & miſturam me-

Grimorium.

Abracatabra contra febres.

Paracelſi περίαπτα & characteres.

tallo-

illorum certa constellatione compositã, certisque inscriptam characteribus. Idem Marsilius Ficinus, & plurimi Pontificij Albertus, Thomas, & alij statuerunt, qui fane se alienissimos a vanitate sunt arbitrati. Adde non excusandum a magia nec eum esse, qui, sicut Astrologi putant stellas quasdam certas in fluxu suo voluntates humanas per se gubernare, & in certas res dirigi singulariter, ita credit naturalẽ quidem esse sanationem, at quæ perficiatur vi istius inunctionis telorum. Falsum enim illum statuit, a vero aberrat, & vim illi tribuit, in quo nulla est; magos ita inscius imitatus. Nihil illos iuuant Christi miracula, lacus Bethesda, herba illa miraculosa, ex statua Christi sanantis αἱμοῤῥοῦσαν enata, & alia, vt cuiuis est manifestum. Non iuuantur stellarum viribus, quæ communiter a vasto influunt, adeptæ efficaciam in quæuis disposita. Talis vis in nulla armaturæ vnctione est. Nec proficiunt somnio virtutis magneticæ, quæ magna ex parte est anchora stultitiæ Paracelsicæ, & omnis eiusmodi vanitatis. Reliqua quæ adducuntur exempla, similis sunt fecis, & nihil nisi principium petunt. Paræus recitat, quosdam prætendere quandam hæreditariam curam luxatorum, fractorumque ossium

Marsilius Ficinus amuleta quædam probauit.

Quidam putant ui inunctionis effectum sequi.

Quidã stellarum more effluxus fieri tradunt.

De vi magnetica.

Paræus.

Reges Galliæ & Angliæ. ad exemplum regum Galliæ & Angliȩ, qui contactu strumas discutere dicuntur, etiam si nõ sint, nec nati, nec educati in illis regionibus, modo reges sint: quod officiũ seu vocabulum conferre vim istam oportet, alioqui communem reliquis Anglis & Gallis futurã. *Pyrrhi digitus.* Aut ad pyrrhi digitũ febrifugã, vel pollicem dextri pedis eiusdẽ lienosos sanantẽ, incombustilẽ, magicis forte incantamentis ita apparatũ. Alios idem *Luxatorum cura per verba.* autor refert, luxata & fracta restituere cõceptorum quorũdam verborum obmurmuratione, modo habeant nomen & Zonam ægroti, quȩ cura quadrat ad nostrã, & *Iudæus.* illius Iudæi, cuius mentionem facit Bellonius: aut eius magi, qui iumenta sortibus suis infecta, & læsa pilis inde accersitis re- *Magus iumenta curans.* stituebat sanitati. Alios ponit potu lapidis curãtes fractiones qui cæteris probabilius medentur. Nam & nostris vsitatum est sabuloso lapide quodã poto vulnera, fracturas, & alios morbos sanare: Idq; annotauit etiam Thom. Erastus ad Gesnerum de sabulo isto. Quarto loco hopliatri numerãtur. Quinto recitat alios policitos omniũ *Cura vulnerum per carmina.* vulnerum curã mediante carmine, & linamẽtis siccis, aut oleo, aquave madidis. Sexti prorsus ad incantamenta prolabuntur, *Incantamentis curantes.* magi, arioli, augures, incãtatores, venefici, fascinatores, exorcistæ, præstigiatores, &

aliis tam bellis nominibus nobilitati. Fortassis annumerari his possent veteres, qui multos morbos cytharę cantu dicũtur curasse, nisi constaret synceritas facti. Cum anno a nato Christo 1588. Ienam venissemus, diuertissemusq; ad Georgiũ Metzerum amicum nostrũ, scholæ triuialis Correctorem, accepimus dolorem lateris, quo affligebatur filia, a Paracelsico studioso curari tentatum herba quadam cocta (ni fallimur hydropipere, aut persicaria) applicata lateri, & deinde ad putrescendum defossa: quasi futurum foret, vt corrupta per putredinem ista, simul periturus esset morbus. Idem probabiliter incredulæ puellæ voluit persuadere id fieri familiaritate quadam & affluxu virtutis. Sed an putruerit herba ignoramus, id scimus, dolorem istum non fuisse ablatum. Conficta fortassis hæc sunt, ad imitationem istius capri emissarij in Leuitico, quem onustũ peccatis populi & Zazeli consecratum in deserta emittebat sacerdos ab eo tempore nusquã inuentum. Sic enim alij eiusmodi res vel defodiunt, vel in fluuios proiiciũt, vt vna defluat malum. Et quis nescit demortualia illa puerorum & anicularum sacra, quibus confectum hominis simulachrum amni adhibitis carminibus iniiciũt expulsuri ita mortem, quorũ origo ex su-

Cura per cãtus cytharæ.

Historia curãtis per herbam applicatam, moxq; defossam.

Caper emissarius Zazeli addictus.

Mortis ridiculæ depulsiones.

perſtitioſo papatu eſt? Cum diſputatio-
Alia hiſtoria de perſicaria. nem habuiſſemus, plebeius quidam, qui
literulas agnouerat, & Paracelſum per ſo-
mniũ viderat, nobis tale quid obiiciebat,
firmaturus ſcil. factum: perſicariã, inquit,
per aquã fluuialem duco, inde vulneri ap-
pono, & remotam putrefacio, ſicque pari
euentu curo vulnera. Recte quidẽ inquã
ego, tu ſuperſtitione deluſus, illudis aliis:
At vim inde nullã comprobas. Alij eo-
Hypericum. dem modo paratũ hypericum, defoſſum
eſſe & putrefactũ ad catarrhos, & alia com-
mendant: ſed omnes pari errore. Ioannes
Ioannes Piſtorius Niddanus. Piſtorius Niddanus magno ſtudio inep-
tias iſtas, ſeu impoſturam, ſeu ſuperſtitio-
nem vocare mauelis, ex pico & cabaliſtis
Quatuor medicinæ partes. defendere annititur. Quatuor facit partes
medicinæ, diætam, pharmacian, chirur-
giam, & ῥηματικὴν, quam ſanationem per
Piſtorius carpit veteres. verba vocat. Reprehendit primũ veteres,
quod euoluere cauſas non valentes ſuper-
ſtitioni aſcripſerint aſſenſum. Vexat poſt-
Aduerſus Platonicos. ea Platonicos, quod a vero & ſynceritate
philoſophica exulent. Irridet Aponi fidu-
De fidei vi. ciam, quaſi nõ verborum, ſed fidei in me-
dicum iſta ſit efficacia: vocat iſta craſſam
diſſertionẽ. Nõ parceret hic Chriſto fidei
tantillæ vel montiũ tranſpoſitionẽ aſcri-
bẽti, quaſi vel Chriſtus vel Aponus imagi-
nationi nudę tantã vim aſſignarẽt, quo pa-
cto

ꝯto Paracelſus. Iamblichũ reiicit, qui verbis putauerit notationẽ ignotam a diis inſcriptã fuiſſe, quanquam hunc errorem dicit a vero non longe remotum. Marſilium ſimili notat macula, qui verbis rerum vim aſſcripſit, belliſſimo magorum prætextu. Alcinoum & Pſellum damnat, arbitratos Dæmonum auxilio nos id conſequi, quod verbis tacite ſignificamus. Alios taxat, qui opinati ſint, eius, qui perorat, animã eleuari & imperare materiæ mundanæ (nempe vt lapides per aerem aduolent, ad ædificandas Thebas, quod Amphioni aſſcribitur.) Alios impugnat ſentientes verba magica illigari certis influentiis, vnde opus ſequatur virtute cœleſtium corporum. His omnibus reiectis ſuam opinionem pro veritate opponit, & ſcalam Iacobi, quam etiam Cornelius Gemma in coſmocritice obtrudit, pro fundamento aſſumit, quatuor in ea gradus in vaſto illo cœli & terræ interuallo, inſtituens, nempe naturã, horizontẽ temtẽporis, horizõtẽ æternitatis tẽporalis, horizontẽ mundi ſuper ſupremi, quibus ineptiis etiã in ſua monade hieroglyphica vtitur, Iohannes Dee, in ſcripto in diagrãmate. Horizonte æternitatis, & tẽporis, quanquam ſenſu naturali. Scalam porro finire Piſtorius inquit in Enſoph. a quo vſque ad

Iamblichus.

Alcinous & Pſellus.

De eleuata anima orantis.

De verbis magicis illigatis influentiis.

Scala Cabaliſtica.

Quatuor gradus ſcalæ Iacobicæ.

Ensoph.
Quinquaginta intelligentiæ.
Vnde vis vocum.
Semita maiorum,

hominem ſint 50 intelligentiarum portæ, per quas vis admirabilis in voces dimanet radiusque ſingularis diuinæ omnipotentiæ, & virtus ποιητικὴ in eos ab angelis adminiſtris deducta, quæ omnia (valde φαντασιώδη) nemo intelligit, niſi qui 32 ſemitas a maioribus traditas animo accurate comprehenderit, aut in cabala ſit verſatus. Sic ſentit de Pici denario formali

Denarius pici.

(quem tamen alij ad myſterium χρυσοποιητικὸν accommodant) numerique primi ſphærici natura, vnde 50 portæ innoteſcant, & Iubilæus & milleſima generatio, & regnum omnium ſeculorum. Hæc Piſtorius. Quemadmodum autem ille de verbis garrit, ita alij de herbis. Nam ſecundum illud: in verbis herbis & lapidibus magna eſt virtus.

De herbarum vi. pſ. 57.
Etiam mendacia ſuos patronos habent.

Et ſicut monet pſalmus, ſerpens metuens incantatoris verba, obſtruit aures ſuas, ne ea percipiat, noxia ſibi futura. Nullam autem puto maiorem veritatis crucem, quam quod quiuis melancholicus, pro vero ſomniat, id verum etiam ſtatui, & aſſenſores reperire, citra rationem, & ſenſum. Quæ enim ratio niſi phantaſia peruerſa, cabaliſticaque credulitas, & ſuperſtitio iſtum Nidanum ita credere coegit? Quis ſenſus compulit? Non immerito tum hos, tum magneti-

cos

eos illos vanitati asscripsit Cornelius A-grippa, omnis magiæ barathrum, & cum Nerone vt in initio assertor, ita postea damnator. Sed antyciras isti nauigent. Eodem fere tempore aduersus ista deliria publice responsum in Academia Iulia est, concinnatis thesibus, contra Bodini quædam Paradoxa, quibus annectitur confutatio Paracelsicæ hopliatriæ thesi 61. & seq. 62. in quo scripto etiam agitur de sanatione pyrrhi, regumque Angliæ & Galliæ, de cura verborum & aliis, autore Martino Biermanno, quem spes est luculentum de istis tractatum instituturum. Nos copias nostras, si a reliquis negotiis vacabit, cum eo libenter coniungemus, & istud superstitionum pelagus sit non exhaurire poterimus languidum tamen & enerue reddemus, apud non plane deliros; quorum si qui sunt, illos ridebimus potius, quam rationibus expugnabimus. Quam vetustum sit illud paradoxum, nobis nec constat, nec curare operæ præcium est. Illud certum est, quod Paracelsus illustrator eius, amplificatorque extiterit, a quo postea transscripsit Baptista Porta, & vanitate vere magica & superstitiosa suum de naturali magia commentarium reddidit suspectū. Is libro 8. cap. 12. vnguen-

Agrippa.

Disputatio Martini Birmanni aduersus hoplochrisma.

Paracelsus propagator hoplochrismatis.

Descriptio hoplochrismatis cum vsu suo.

vnguentum armarium, seu ὁπλόχρισμα ita describit, & ad autorem Paracelsum refert qui id Maximiliano cæsari tradiderit, & comprobarit.

Si allatum fuerit ferrum, inquit, quod sauciauit, aut lignum eiusdem sanguine madefactum, sanabitur æger, etiamsi longe aberit. Cape vsneæ concretæ in caluaria aeri derelicta (mumiam vocant petitam præsertim ex capite strangulati.) vncias duas, adipis humani duas; mumiæ, sanguinis humani semiunciam; oleilini, Terebnithinæ, boli armeni vnciam: omnia simul in mortario terantur, in vrna oblõga, & angusta seruentur. Immerge ferrum in vnguentum, & ita relinque. Aeger mane sua ipsius vrina eluat vulnus, nulloque addito deligetur: & sine dolore aliquo sanabitur. Hæc ex Paracelso: quæ valde occulta noluit mihi cõmunicare quondam amicus quidã meus, quasi præciosum delirium in suo sinu fouens. Vulgus cultrum quo vulnus est factum, in panis micam, in terram, in lardum, vel aliud pingue immergit, & persuasum habet, modo non exponatur aeri, sine suppuratione, & dolore curatum iri vulnus. Ab alio quodam amico nostro talẽ accepimus descriptionem. R. adipem porci castrati, quem vocant verrem, & veterem vrsi adipem (nam

Vulgi operatio.

Aliud hoplochrisma.

quo

quo vetuſtior, hoc melior) liqueſcant ſuper prunis, funde in aquam frigidam, & ſale ad fundum delapſo, adeps innatabit, quem collige. Accipe poſtea ſextarium lumbricorum, terræ: pone eos in olla, addita arena vel muſco, vt repurgentur. Exime, & in alia olla pura colloca: operculum inſterne, & agita bene: immitte in clibanum; vel ita præciſis extremis, exprime phlegma, exicca eos, vt ante: Exemplo pane vel clibano vermes impone, cauens ne exurantur. Toſtos tere: pulueris horum cape, quantum medio oui putamine continetur, adde ſandali bene olentis tenuiſſimum pollinem; cum ſemuncia hæmatitæ lapidis puluerati; drachmisque duabus cranei humani, quod tamen ſi haberi nequit, non multum refert. Omnia bene cum adipe commiſce: & vnguentum confectum eſt, ſeponendum ſeruandumque vaſe mundo. Hoc curare poteris vulnera, per aliquot miliaria abſentis, & inſcij eius rei, te non accedente ad eum, modo habeas telum, quo eſt vulneratus, aut ſi id adipiſci nequis, aliud per vulnus duc, & loco veri teli id inunge. (alij cruentum petunt.) Modus vſurpandi talis eſt allato telo, ſi ſcire cupis vtrum euaſurus mortem ſit ſaucius, an non, cape ſandalum, & hæmatiten bene puluerata. Telum incaleſcat pruna

Vſus.

Præſagium de euentu curæ.

pruna leni, vt poſſis in eo ferre manum. Impone puluerem iſtum. Et ſi obſerues exundantes ſanguinis guttulas, maculas, ſeu rorem, morietur; ſi non, viuet. Attende etiam, vt quam primum ſiſtatur hæmorrhagia; quo citius, hoc melius. Si cupis ſcire vtrũ ex præſcripto edat, bibatq; ægrotus an nõ, obſerua eundẽ rorem ſanguineum, qui apparens arguit eum aberrantem; non apparens, bene ſe gerentem. Memineris obligare tela. Quod ſi non apparet quam alte infixa ſint, tota invnge. Sin apparet; non inungas, præter partem, quæ in vulnere fuit. Si deſtitueris vero telo, aliud cape, & per vulnus tranſige, vngeque latere vtroq;. Repone id loco mundo, vt ſit tutum a puluere. Eſto etiam locus calidus. Locus ſaucius non eſt nexibus filorũ conducendus, ſed ſinendus, vt ſemper pus extergeatur, vulnusq; obligetur linteolo. Quod ſi ipſe nequis, alius faciat quicunq;. Si ſaucius te acceſſerit, aut telum allatum ſit, vel id oblinendũ, te cum fœmina congreſſo, abſtine eo die a telo: ſi non enormiter eſt læſus: poteris vngere. Cito ſanaturus vulnus, ſæpe illine. Si non opus eſt feſtinatione, omittere dies quoſdã potes, ne ſingulis litu vtaris; imo ſatis eſt, ſi ſenis diebus bis id fiat. Non reddas telum, ante perfecte ſanatũ. Fit ſanatio ſine omni do-

Cognoſcere ægroti obedientiam.

lore &

ore & tumore, melius chirurgis. Si velis excitare dolorẽ, telum aeri vel frigori expone; si iterum sedare reduc ad calidum, sed ne nimis sit calidum, quod dolorem damnumque daret. Si equus gompho in pede pertusus est, similiter age: aut si quis spicula infixit, meli⁹ erit, si adhuc calẽte telo potiaris. Adhuc amici nostri descriptio.

Equi læsi telo sanatio.

Eandẽ vulgauit typis medicus Arnstatensis VVittichius, ne quid occasionũ deirandi deesset. Variat a prædicta paucis. Pro musco addẽdo lumbricis, habet fimũ, fortassis teutonũ linguę errore, quo facile mooß pro mist / & cõtra legi potest sandali & hamatitæ accipit ana semunciã. Musci seu vsneæ de craneo humano, quãtitatem auellanæ, cum prior habeat didrachmum. Putat autẽ etiam ipse parum referre, siue addatur, siue omittatur. In sanguine sistẽdo adiicit cõmodissime id fieri eodem vnguento; quod nostri amici admonitio non habet. Iubet etiam attẽdere cæsim an punctim factum sit vulnus. In punctura iubet in vngere telum a cuspide versus capulũ: In cæsura, ab acie, versus tergum. Hæc non obseruare iubet prior. Mẽdacio etiã superat. Nã expresse mentionẽ facit interualli 10 aut 12 milliariũ, cum prior robore suffusus incerto spacio latere malit. Nec putat referre siue mas sit, siue fœmina, siue

VVittichius hoplochrisma tanquã verum vulgauit. Repetiuit & VVeckerus in secretis.

VVittiham pliat mendacium.

ſiue equus. Nam etiam huius gomphum, a quo eſt læſus, ita invnguendum cenſet. Longius etiam interuallum dierum ponit, nempe tertio, quarto, quinto, ſexto die poſſe ſemel illini, aut etiam ſemel toto curæ tempore. Valde certum eſſe id ſanandi genus ait: Es ſey gar gewiß. Vltimo monet, ſi os fractum ſit, vt addatur aliquid de Symphyto maiore. Hæc commenta nos accepimus, quæ repetimus, non vt alios doceamus ſimili dementia delirare, ſed vt abſterreamus, propoſita abſurditate diſciplinæ. Si enim non es plane ſtupidus, & abſque iudicio ita vt ſola credulitate neceſſe ſit te omnia comprobare, quæſo examina compoſitiones vnguenti, modum etiam vtendi, & confer iſta cum effectis, contemplatus, ſic ne neceſſitas affectionis inter talem cauſam, & talem effectum, & quo pacto: deprehendes mirificorum abſurdorum chaos. In cõpoſitione Teophraſti ad vulnera commendatur mumia, vſnea vranei, bolus, therebinthina. Adeps humanus lenit, vt & ol. lini. Terebinthina glutinat, exterget, & putredines arceat: Bolus exiccat, vt & vſnea. Mumia creditur valere aduerſus putredines, ſi illa AEgyptiaca intelligitũ miſto aſphalto, myrrha, aloe & aliis. Sanguis humanus quorſum? Hunc venenatum fieri tradunt corruptione

VVittichcu ram confirmat.

Cur repetatur cura.

Examen.

Collatio vnguentorũ & digredientium examen.

orruptione; Et chirurgi experiũtur eum *Sanguis humanus sine ratione additus.* obesse vulneri, tantum abest vt prosit: Sed lli confirmant sanguinis conuenientiam um corpore suo. Aiunt enim experientia *Contra hopliatrian.* ompertum esse spiritum destillatum ex ino & sanguine mistis, incensum, non bsistere ardere donec viuat homo cuius uit sanguis, extingui vero cum morte e-us. Describitur etiam a Paracelso reme-lium cõtra podagram in quo sanguis hu-nanus est ter destillatus; sumtus a patiente ta vt nesciat cui vsui sit futurus. Sed impu-lentissimorum mendaciorum integram iic esse fabulam nemo est quin videat. Deinde si omnia ista sint vulneraria, an nõ ulneri applicata ipsa iuuabunt, non auté emota? De essentia rerum multa narrant Paracelsici. At hæ applicatæ sanabili, auxi-iantur. Sed & hæc considera. Aiunt in- *Deui magnetica.* ercedere vim magneticam inter vnguen-um, telum vnctum, & vulnus. Procul lubio eius fundamentum est craseon con-piratio, & in multis vane vsurpata simili-udo substantiæ. Nam hac ratione san-guinem vulneris, aut spiritum, aut hu-norem accipiunt, si desit telum ipsum, vt iat directio virtutis vnguentariæ. Sed *Aduersus similitudinem illam ficta:* ttende. Quæ ab aliorum hominum ca-laueribus sumũtur, ingredientia compo-itionẽ, sine omni hæsitatione, agentiũ na-

turam, & vim obtinent. Nam vi vnguenti fit ſanatio. Iam ergo patitur illud cruoris momentum; Si hoc tranſibit in naturam agentis: Et quia illa quoq; affinitatem cum ſuo cadauere, a quo ſumpta ſunt, habent, tota directio aut debilitabitur, aut alio auocabitur. Deinde mumia, vſnea, & ſimilia aut quia hominis fuerunt, agent, aut quia vim generalẽ ad omnium animaliũ vulnera habẽt. Si illud; magnũ committitur abſurdũ, cum iam corrupta ſint, & rationem totam hominis amiſerint, cum cadauere potius, quam cum homine conſentientia. Apparet autem hoc inde (ne dicas manere ſingularem rationem ad hominem) quod ex cadauere hominis non homines gignãtur, ſed beſtiæ. Perdita ergo ratione humana, perit proportio ad hominem? Et determinatũ tantũ in genere tunc hæret. Si hoc, iam perit directio altera vice. Non enim potius hunc hominem, quam illum, aut hominem, quam equum ſanabit. Sic de ſanguine. Sed & cur, cum in aliis compoſitionibus omittuntur nihilominus ſequitur effectus? Cur cenſent parum referre ſiue habeatur vſnea cranij, ſiue non? Et qui fit, vt defixo cultro, in ſolum lardum effectus ſit præſto? Quam vero ridicula eſt illa exploratio victuri, & non victuri? Caleſit telum, inſpergit r puluis ruber: hic ſi

Ridiculum victuri iudicium.

humi-

humidior telo eſt, reddit ſpiritum humidum extractum calore teli. Alluuio quædam in eo, maxime ſi leue eſt, naſcitur: puluis adhæret facile; Inde macula eſt: velut illa, quæ a menſtruata puro ſpeculo imprimitur. Iam ergo non eſt victurus? Pueri & qui ab horũ conditione nõ abſunt procul, nocte natiuitatis Chriſti ita in ſale vitas, morteſque eius anni explorant: Ridiculo modo, at interdum vero euentu: ſiue quia forte ita coniectum fuit, morituro illo etiã ſine iſtis ineptiis, ſicut, qui inter multa falſa, interdum etiam verum attingunt; ſiue quia is timore ſibi accerſiuit cauſam mortis, quo pacto nouimus eueniſſe aliquibus in alia cauſa. Accẽſeamus iſtis etiã noſtros Hopliatros, pariterq; rideamus. Monent ſanguinem cum primis ſiſtendum eſſe. At hoc initium curę; quod ſæpe ſolum ſufficit, ad integram ſanitatem, vt apparet in arteriotomiis & venis inciſis. Et beſtiarum mutuis lacerationibus. Iubent expurgare vulnus a pure; & eluere vrina; At hoc curæ totum eſt, maxime in vulneribus ſimplicibus. Quorſum ergo illa deliria teli obligati? Beſtiæ ſolo linctu ſua vlcera, fracturas & alia perſanant. Homo vtitur in id etiam ſputo. Multa ſua ſpõte, ſeu naturæ ſuæ motu conualeſcũt. Quid opus eſt telo obligato? Recitauit nobis

Anilis ſuperſtitio vitæ explorãdæ per ſalem in vigilia natiuitatis Chriſti.

Metus cachecticorum & fixaphantaſia ſæpe morbos mortemque ſuſcitant.

In ſanguine ſiſtendo caput curæ.

Expurgatio vulneris altera curæ pars.

Georg. Mylius. *Historia digiti præcisi & curati leuiter.*

Reuerendus & clarissimus DD. Mylius, historiam cuiusdā pueri, qui patre scriniario alibi occupato ad opus accessit volens nescio quid peracuto cultro leuigare; Sed declinans ille a materia, minimū digitum traiecit transuersum, atq; ita magnā partē abscidit penitus. Ille exterritus animo ita sanguinē cohibuit, donec abscissam partē correptā subito apponeret mutilatę & circū circa glutine (cuius lebes paulo ante a patre vsurpatus, adhuc calens cū materia astabat) oblineret, obligaretque. Factum ita est, vt partes diuulsæ spacio 21 dierum compingerentur, cuius vestigium postea per omnem vitam mansit, nempe circulus totum digitum ambiens. Hic nulla teli ob-

Alia.

ligatione est vsus. Nobis hoc accidit. Inci-deramus aliquando in pernam suillā apud amicum quendā. Hanc diuisuri non contemnendo vulnere consecuimus pollicem sinistrę manus carnemq; cum cute, & vasis ab osse separauimus, vsq; ad articulū, secuta est magna hæmorrhagia, vtpote secta vena. Nos asperso Zucchario vulnus obligauimus citra ferri in vnctionem, atq; ita vna perpetua ligatura integritati restituimus. Hęc exempla mirabiliora sunt hopliatrorum commentis. Nam vnica contenti ligatura, nulla vsi fuimus, expurgatione, aut lotione. Hollerius recitat quendā easu

Alia hist.

ita

a afflictum, vt toto corpore confractus
btusus q; esset. Hunc sanauit natura opera
usci fluuiatilis. Age iam, Hopliatre, quid
h hoc censes in vnguendum? Quid in fra-
turis internis, & contusionibus, vbi telũ
ullũ est præsto, nec vllus sanguis? An mo-
e istius Iudæi facies, qui corticem iuglan-
is spleni applicatũ fumo macerabat, atq;
a pollicebatur curam morbi? Nisi stupidi
ssent huius artis assertores, deprehende-
ent nullũ vulnus compositum, & graue
osse ab istis curari, sed omnia debere esse,
el simplicia, vel non multũ ab illis distan-
ia. Et si grauiora quoq; ista administratio-
e sanescũt, fit hoc in corporibus bene ha-
itis, nõ cacochymicis, non morbidis. Si
endines, & ligamenta fuerint subpoplite
auciata, incisaq; cũ neruis, spectabitur ho-
oliatri artificiũ si sanauerit morbũ, nulla
ræterea adhibita cura. Probent eandẽ ar-
em in vulneribus cerebri, qualia Schen-
kius ex diuersis annotauit sane cuiusuis est
d quod natura curat pro se, vel leui opera
uis commentis & gesticulationibus ascri-
ere, atq; ita per imposturam emungere
omines argento, in quod scelus vel pu-
blice erat animaduertendum, sicut & chi-
rurgi cohercendi, qui vt multum lucren-
ur, operose curant, sæpeq; peruertunt, id
quod natura facile & paucis horis sanasset.

Iudæus spleneticum curat.

Schenckius.

Chirurgorũ prauitas.

Sunt in eorum numero barbitonsorũ plurimi, qui nullũ vulnus, nisi suppuret, ad sanitatẽ reducere possunt. Ostendit Parĉus memorabili principis cuiusdã Sclopi glande traiecti historia simili, neq; magos posse curare omnia vulnera nec dũ stultos Hopliatros. Principẽ illum lethaliter decumbentẽ, ex consperso ferramento nõ potuit iudicare Hopliatrus, curaturus cũ subucula, & verbis obmurmuratis, id q egit, donec animam emitteret princeps. Omnino verũ est iudiciũ Parĉi, quod his verbis protulit. Non est magicũ inquit, non miraculosum hoc remediũ, vt plærîq; putant, sed plane naturale a natura, vulnerũ & fracturarũ medicatricis, fontibus profectum si empyrici carpto lino sicco, vel aqua pura tincto vulnera simplicia sanant. Naturæ enim chirurgus opitulatur, eo modo impedimenta tollẽdo: dolorẽ dico, fluxionem, inflamationẽ, abscessum, & gangrænã. Addimus si nõ naturalis est cura, magicã esse, fieriq; per sortes, & vim diabolicam, exceptis his, quæ miraculose diuina virtute olim per Prophetas, sacerdotes, Christum, Apostolos, aliosq; sanctos sunt curata. Deinde addimus & hoc, vbi non sunt ista impedimenta, aut pauca, eaq; leuia, ibi nõ requiri opẽ medici aut quemuis sibi posse esse medicum vt bestiæ solent. Sic digitorum lace-

Historia ex Paræo similis Hopliatorum facto.

Paræus lib. 23. cap. 17. de monstris.

Aut naturalis est illa cura aut non: & tunc vel magica vel diuina.

acerationes, & incisiones sæpe obligatio
nuda curat, vt & arteriarum, venarumque
vulnera, & scarificata: & sępe tantum com-
pressimus vulnusculum, & suo succo con-
glutinatum ad sanitatem, citra dolorē, ca-
lorem, tumorē, suppurationem, & alia per-
duximus. Et sic verum est, quod tam con-
scij quam inscij ineptiarum istarum sane-
scant. Quam autē vanum etiā hoc est, quod
corrumpi diætam volunt, si maculæ in te-
lo obligato appareant? Quam friuolū citi-
us curari vulnus, si sæpius vngatur telum;
curari vero nihilominus etsi vnica tantum
vice illinatur? Imo inquam si omnino non
inungatur, nihilominus sequetur sanatio,
si sanguis non fluat, vulnus obligetur, ex-
purgetur, lauetur. Magnum nimis postu-
latum est, impudensque mendacium do-
lorem excitari, si telum aeri expositum
sit; nullum esse, si calido loco extra pul-
uerem sit collocatum. Si virtus debet per-
uenire ad vulnus, non est ratio, cur non
aeri expositum telum cum vnguento fa-
cilius & melius sanet. Nam in libero aere
melius posset proferri ad patiētem; quam
in loco concluso. Sane non intelligimus,
quo pacto pestis fomes potuerit in fora-
mine conclusus retineri per multos annos
si a telo recondito & obligato exit virtus.
Nos in nostto vulnere dolorem sentie-

De iudicio diæta.

Commenta Hopliatrorum inania.

De dolore.

bamus, vtpote loco neruoso, & in extremitate sito siue is, cuius erat culter, in aere, siue aqua, siue igne, siue calido, siue frigido loco eum poneret. Cum iam sanescere & glutinari inciperet, dolor cessabat. Aliis in partibus vulnerati, dolorem non sentiebamus, si clausum erat vulnus, & diuersæ partes rite coniunctæ nullo interueniente nec affluēte. Quod si aperiretur, aut affluxus esset, aut collectio cuiusdam se inter labra insinuantis, dolor aderat. Mirum autem cur non semper doleat vulneratus locus etiam post sanationem; si inde necesse est affici partem, quia telum est in aere. Viuere eam & sentire necesse est. Id quod ea ratione, qua vnita est, non qua diuisa euenit. Itaq; si semper vnita est, semper dolebit telo disposito. Quid dicam de sclopetorū vulneribus, quorū glandes sæpe aquæ immerguntur, sæpe in aere manent innitētes terrę summę? Quid de sauciis militibus? Non consentaneū est aliquē a vulnere ad fornacem ponere gladiū suum, aut hastam: imo paratus est strictis armis in acie. Semperne ergo dolebit alter saucius, si hasta semper sit in aere libero? Iubent interdum telo non præsente mittere cruentum lignum, vel aliud: Et tunc telū ipsum, a quo affectum erat vulnus, non potest tam accurate seruari. Cur potius ad lignum,

Alia absurda.

gnum, quam ad telum procedit sanatio? Cur non potius dolet pars telo non recõdito? Cur multo sanguine temere effuso, iuque in aere detento, non ad hunc potius dolet, aut non dolet? Sed cessandum est, cum fere stultum sit aduersus stultos tantum verborum facere. Et nos nil præter risum ad somnium hoc attulissemus, nisi sciremus magnos viros, Theologos, Medicos, Doctores, magistrosq; in Academiis promotos tam stultam alere opinionem, & mordicus defendere. Ad theses nostras pauca quædam addemus, cum nobis otium non sit prolixum instituere in re manifesta commentarium.

Stulta hopliatria etiã illustres viros decipit.

Theses primas viginti tres extorsit nobis indignatio quædam, ob importunitatem quorundam, vt videri volebant, amicorum nostrorum. Controuersia erat liceretne physico de remediorum facultatibus contemplari. Distulimus eam in hanc præsentem disputationem, qua de cura nobis erat agendum, vtrum physica ea sit, an non: quanquam non tam in specie de hac, quam de aliis omnibus quæsiuimus, liceretne physico de remediis disserere, qua vi effectum præstarent. Quo euicto, consequens erat, eum de morbis, qui naturam infestant, longe iustius considerare. Nam agentia patientibus opor-

Declaratiũcula thesium.

An sit physici contẽplari de remediis seu materiarũ, quæ ad medẽdũ adhibentur, effectu in corpore morbido.

tet conferre, & vtraque æque ſcire, cõtra-
riis ſub eandem diſciplinam cadentibus:
quod ipſum etiam Philoſopho placuit,
qui phyſicæ conſiderationi ſubiicit, ſub-
ſtantiæ contemplationem cum accidenti- *1. de anima, lex. 3.*
bus tum propriis, tum communibus, &
peculiarem tractatum inſtituit de ſanitate
& morbo, in cuius veſtibulo, inquit, non
ſolum medici eſſe de ſanitate & morbo
diſputare, ſed & naturalis ſeu phyſici, quod
etiam ante monuerat in initio libri de
ſenſu & ſenſili, quod phyſici & ſit de ſa-
nitate, & morbo prima cognoſcere prin-
cipia, adeo vt medicis ſolis vix relicta ſint
διαιτητική, φαρμακευτική χειρουργική, quas par-
tes θεραπεύσεως, ſtatuit proprias medici,
ſiquidem miniſterio eius officium deſcri-
bitur. De vocabulis litigare nolumus.
Appellet medicus remedium, quod phy-
ſicus rhabarbarum: Appellet ille mor-
bum, quod hic partis intemperiem. Re
eadem exiſtente, quorſum voces eos tur-
bent. Sanabile deſignat materiam cum *Thema 24. ſanabile.*
potentia ad actum, qui eſt ſanatio & ſani-
tas. Ergo cum ſanatio ſit actus imperfe-
ctus, vtpote in motu cuius finis & perfe-
ctio eſt ſanitas, neceſſe eſt, vt ſit mobile ad
ſanitatem, ſeu ita per naturam ſuam diſ-
poſitum, vt interius habeat principium
vnde moueri ſic, & noualiter ſit natum.

Si ſa

Si sanatio actus sanabilis est, & motus, omnis autem est ex contrario vt a non hoc ad hoc, quorum alteri alterum est oppositum; sane sanabile iam non erit sanum. Nam ad hoc tendit: contrarium ergo actu habet. Nam ex nihilo per naturam non est motus: sed ex aliquo alio præexistente actu. *The. 25.*

Nihil quod in potentia est, mouet seipsum. Nam motus est actus mobilis quidem, & patientis, sed & motiui & agentis, diuerso tamen modo. Per se enim actus actiuorum sunt in patientibus. Et cum nihil idem, quatenus idem, sit actus simul & potentia: seipsum mouere non potest. *Th. 26.*

Quicquid mouetur, aut naturaliter mouetur aut violente. Naturale mouens ergo aliquid est, & aliquid violentũ, quæ tamen quomodo sub eodẽ cõmuni genere comprehendantur notum est. Ita habet & mobile. Naturale est interius ei, quod mouetur. Itaq; si hoc non ante mouebatur, illud motiuum erat potentia. Violentum est externum. Quanquã enim necesse est, vt, si physicum est, in aliquo per se sit & internum: huic tamen est externum, eiq; prębet motus initium, ita vt ipsum deinde pergat vsque ad finem eo modo quo est aptum. Non discedimus a sanabili & sanatiuo. Itaq; externum mouens hic vocamus *28.* *Mouens naturale & violentum.* *Physici hæc acute solent disputare, & ex mobilis ratione colligere, quod natura materia potior sit siquidem*

artem:

huius est motus proprie. Nos hic comparate de natura ad artem loquimur.

artem: internum, naturam. Artis gubernator est artifex. Nam cum ea sit principium mouens immobile, quod intus in mente conclusum, sine instrumento corporeo non exeritur: eget administro, qui ad præscriptum eius operatur. Non autẽ semper in sanatione opus est artifice. Nam quædam sponte sua sanescunt, in quibus nempe natura interna non quiescit, quæ subtiliter non quidem ad artem redigimus, ad interni & externi differentias, tamen reducimus. Nam & in eadem vulnerata particula consideranda est potentia vniendi, & id quod actu iam existens, vnitionem promouit. Illa insita est parti: hoc forinsecus quasi a communi natura accedit, puta a corde & eius vim sustinentibus aliis. Itaque nihil sanescit, corde vel huius vicario absente, aut intermortuo. Est enim sublatus actus communis. Interim potentiæ materiæ multæ ab alio actu possunt proficere, vt putrescit caro, vermes gignit, &c. alieno nempe, ab integritate prima, singularique modo. Periit enim potentia illa, destructo subiecto, & inhabili reddito, licet adhuc reliqua integra viuant. Ita ex corruptis vlcerum partibus animalia enascuntur. Ex sanis natura instaurationem molitur, nisi impediatur.

Quædam sine medico conualescunt.

Materiæ potentiæ diuersæ.

Th. 33. Medicus, vel omnino artifex ad præ-

[sc]riptum artis operatur: Itaq; ars eſt prin[c]ipium,& cauſa operationis eius. Medicus [v]iciſſim non repatitur a ſanabili. Nam nõ [e]xiſtit in communi materia, cum eius ra[t]io ſit ſeparabile quoddam principium, [i]ta vt etiam abſente medico & quieſcente, [p]ars medice procurata proficiat ad ſanita[t]em. Vltimo autem quod tangit, debet [m]ouere ſimul & moueri, ſeu in communi [e]ſſe ſubiecto. Itaq; medicus quaſi media[t]or artis medicæ, & inſtrumentorum ad [a]rtis finem neceſſariorum vtitur medica[m]entis ſeu remediis. Hæc etſi interdum [i]n eodem concurrant: tamen differunt [r]atione. Accidit enim vt medicus ſeipſum [c]uret, & eadem actione ſimul operetur, & [r]emedium præſtet. Vt cum calculum vel [o]bſtruens aliud eximit, aut reponit luxa[t]um. Differentia tamen eſt, qua agit me[d]icum, & qua actio ſimul eſt remedium. [O]mnino formæ differunt, qua eſt medi[c]us, & qua eſt remedium. Illa cauſa prima [e]ſt, cuius ratio pendet ab arte ſingulari, [q]uæ eſt medicina, hæc eſt inſtrumentaria. [N]am per remedium contingit medela & [ſ]anitas. Et aliud eſt forma, aliud formæ a[c]tio, vel actionis inſtrumentum.

Medicus & medicina re ducũtur ad idem agens ſeu mouens immobile re ſpectu ſanabilis.

Remedia.

Remedium vocamus id, quod affertur [a]d ſanandum, ſeu aptum eſt ad finem ta[l]em inſtrumentaliter producendum. Nec eſt

39. Thema.

Remedium. est materia, sed auxilium vt confecimu[s] alia disputatione. Ferimus auxilium af- flicto, vel aliquid præter naturam patien- ti: non autem ei, quod integrum est & perfectum. Sanabili ergo accommodan- dum remedium sanatiuum. Diximus id esse externum: cumque sit vltimo tan- gens, debere esse in subiecto eodem quod sanatur. Et de vtroque verum hoc est, si- ue intelligas naturam communem in eo- dem viuente, siue adiuuans naturam ali- unde ad ipsam patientem partem accersi- tum. Vtriusque enim vis debet in materia sanabili esse. Exurgit inde admiratio, quæ- stioque, quomodo vnguentum sanet, sa- nabili non applicatũ? Dicunt Hoplochri- stę, quod sufficiat vim eius ad sanabile per- uenire: etsi substantia non imponatur: Et vt sentiunt Paracelsici, exutæ crassis parti- bus essentiæ sunt efficaciores. Alij dicunt retineri ita id, quod aliquando erat noci- turum vulneri. Friuola & vana κρησφύγετα. Aperient id theses sequentes.

Aliud βοήθημα seu ἴαμα aliud ὕλη τῶν βοηθημάτων.

Sanans natura & sanans remedium subiectum sanabile tangit.

Hoplochristarum commentum.

Thema 42. Non damnamus disciplinam naturalẽ, mirabilium operum inuẽtricem: nec po- tentiam diuinam Dei, angelorumq; si, vt iustum est agnoscãtur. Scimus etiam dia- bolorum magnam vim esse. Itaq; si Deus Solem & Lunam sistit: verbo vel nutu cu- rat morbos lethales, & mortuos excitat,

magi-

magicum id non est. Nec si quis Theologus diuino munere efficax est, & potēs scripturæ interpres, dicimus, vt ille plebeius diabolū in eius capite latitare, eiq; omnia suggerere. Agnoscimus diuinā gratiam & celebramus. Si quis Physicus miracula per naturā prestat, non est diabolicus. Memoratur quidā mediante sulphure, quo oblitus erat paries, candelæ extinctæ lumē reuocasse & ille puer Raphta perfusus calore balnei subito flagrabat. Et Baptista Porta docet, quo pacto sulphureo fumo repletū conclaue quis subito possit, illata candela imprudenter accendere. Gesnerus ostendit radicem quandam, qua comesta, aut in potu data, conuiuæ nihil attingāt ciborū. Mirificas illusiones ope magnetis exhibent; Et similia omnia nō sunt diabolica: quo pacto & ea, quæ celeritate quadam & robore incredibili peraguntur, quorum causas ignorans vulgus, putat diabolum esse ministrum eorum, pessimo instituto citius ad hunc, quam ad Deum etiam effecta laudabilia, & insigniter bona referens. Philosophum non ita sentire oportet. Sed causas ex effectis indagare modo solerte. Et si non potest ad singularia peruenire, satis est, si sciat iuxta naturæ consuetum perpetuumque motum, ita fieri posse. Vicissim, mutare baculos in ser-

Quæ Deo debentur, non ascribenda cacodæmoni.

Historia cādelarum sine igni accēsarum. Aliæ.

Radix abstinens conuiuas a cibo.

Vulgare est mirabilia effecta diabolo potius quam Deo assignare.

Magica effecta. in serpentes: Et, quod refert Marsilius, more magorum Persiæ ex saluia sub fimo putrefacta, sole & luna, secundam leonis faciem occupantibus, generare auem merulæ similem, serpentina cauda, & ea puluerata, infusaque lampadi efficere, vt tota domus plena serpentum appareat. Item,

Paracelsus ope electri spiritus ad colloquium euocat. quod comprobat Theophrastus, electrũ concinnare, quod eliciat spiritus ad colloquium: Sepulchris excire defunctos obmurmuratis verbis: morbos curare & infligere per homunciones, verba, & characteres, & quæ alia aduersus autoritatem committuntur diuinam, & ab ista dependentem naturam, inter quæ est etiam illa cura magica iumentorum per pilos & similia; Si hæc accensemus superstitioni impiæ, vetitæque: non peccamus. Scimus e-

Pulueres & sortes sagarum. nim nec pulueris veneficorũ esse vim per spatia occidendi, nec verborum, characterum, & imaginum, sanandi: sed istis diabolicæ maliciæ potentiæque quæritur prætextus & in consortium vocantur diaboli ministri. Intellexit hoc ille vir pius,

Defossa imaguncula sagarum per se inutiles. præsidio verbi & potentiæ diuinæ, precib. supplicibus impetratæ, diabolum expellens, non attendendo ea, quæ defossa sub limine dicebantur, & sine quibus negabant exire posse spiritus.

45. The. Telum hic considerandum est, qua

ale. Nam materiã negligunt Hoplochristæ, non curantes siue metallica sit, siue lapidea, siue lignea, aut alterius generis. *Telum.*

Potest continuitas solui, etiam citra telum, vt vi caloris prolectantis humidum, & torrefacientis. Interdum saltem ex contusione est labefactio. In qua tamen aliquid solutionis occultæ esse potest, perinde vt in attritis. Solent in talibus etiam curæ vnctionum suscipi, quanquam in non enormibus non requirantur. Nos veluti exempli gratia euidentem diuisionem assumpsimus. *47. Solutio continui.*

Cum ratio teli generalis sit, si aliquid effectus præstat, is quoq; erit communis. At illi non considerant istam vim generalem, nec rationem teli. Etenim telo absente cõtenti sunt quouis subiecto per vulnus ducto, modo possit obligari. Itaq; hic facile liberamur. *48. & 49. Thema.*

Telum singulariter vt est huius vulneris, magica superstitio obseruat. At non ita stricte, vt non liceat pro telo accipere aliud quid. Itaque dicere istius assertores possunt, esse quidem vim quandã cognationis in hoc telo quod huius vulneris est causa: at efficaciorem sanguinis, siquidem hic etiam telo virtutem communicat. Sed, vt dicemus infra, hoc figmẽtum tollitur alterius vi maiore. Quis enim *55. Thema. Vtrum in telo ipso sit causa sanandi, an in sanguine vel spiritu, alioue adhærente. Causæ violentioris ef-*

 nescit

fectus est valentior. Ratione ergo sanguinis cura non debebat procedere.

nescit copiosioris sanguinis esse virtutem maiorem? At quantum effluxit temere & putredine fuit absumtum? Quantum torrefactum in linteis est? Quantum elutum? Quantũ vna cum sordib. extersum? Quantum spirituum exhaustum? Hæc omnia an nullas obtinent vires? an nihil cognati habent cum vulnere, vt ita eadem passio ad vulnus perueniat. Obligatio si habet aliquem vim, non in telo eam habet sed in vulnere, quod itidem vincitur. In eo enim cohibet hæmorrhagiam, calorẽ & spiritus cohercet, aerem corruptiuũ prohibet, & alias iniurias obsistentes vnitioni auertit. Hæc autem pręstat non qua obligatio est, sed qua consequuntur istam & comitantur dicta, seu qua interuentu obstantis materiæ arcetur noxium, & naturæ vis vnitur, calore seruato alioquin sufficeret vel simplici filo ligare, aut quauis materia. Iam autẽ requiruntur idoneæ fascię, certusq; ligãdi modus. Reliqua manifestæ sunt absurditatis. Rubigo teli potius curauit vuln⁹ istud Telephiũ, quã exacerbauit.

65. Thema Obligationis vis.

68. Thema. An quæ singula nõ prosunt coiuncta valeant.

Supra vim bipartiti sumus in eam, quæ telo inesset, & eam, quę aliunde, vt a medicamento, accederet. Hic succurrit nobis obiectio quędã. Poterat enim Hoplochrista dicere, singulorũ quidem nullam esse efficaciã, at coniunctorũ. Sic meminimus

Scotum

Scotum quẽdam aduersus philosophum arguentẽ: Grauitas corporũ, nec a materia est, nec a forma ex placitis Aristoteleis, siquidem materia est expers omniũ, & nõ sensu sed cogitatione comprehensilis. Ergo iuxta Aristotelẽ corpora naturalia nullam habent grauitatem, vt nec leuitatem. Responsum ei est, esse elenchum diuisorũ. Is potest nobis etiã hic obiici. Verum ipsi iam excluserunt partem vnam, nempe si telum verum haberi non possit, æquã vim esse in alio per vulnus ducto. Sanguis etiã iisdem subtrahitur, opposito eo, qui temere perit. Nam si vis quædam in hoc esset, totum haberi oporteret, aliquando si plus periret, quã sanaretur damnũ, vel ex toto, vel dimidio, aut certa quadam parte foret vulneri. Nemo autem vnquam nobis persuadebit, si quis vulneratus sit in sinistro pede, rectius obligari calceum cruentum, quã vulnus, & fieri citius sanationem, meliusque si quis per 12. miliaria distans obligandum spiculum mittat, quã si vulnus ipsum tractetur. Credidit autẽ hoc & publice testatus est ille bonus Vvittichius, cui Deus saniorem largiatur mentẽ oportet, si sapere credendus est. Omnino aut necessaria est copulatio efficientiũ, aut non. Et aut omnium, aut aliquorum. Necesse autem est ex hypothesi copulari

Argutia R. Martini Scoti.

VVittich.

plura. In copulæ ratione non eſt vis, ſed in his quæ copulantur. At datur cura aliquibus additis, interdum ſubtractis. Ergo nõ eſt neceſſe omnia adeſſe, ſed & effectus ſequitur, ſi tantum abluatur, obligeturq; vulnus ægro victu bono vtente, & non cacochymo. Nulla ergo eſt neceſſitas teli obligãdi, quod nos contendimus, nõ negantes ſanationem eſſe opus pluriũ, ſed eſſe taliũ, quib. vtuntur Hopliatri, plane inficiantes. Non immerito dictũ eſt ſtultorum plurimũ eſſe in mundo. Itaq; inuenti ſunt Calendographi, Aſtrologi, qui aſſerunt influxiones ſuperiorum exacte dirigi ad ſingularia, etiamſi puncti inſtar obtineant. Quod vnum ex maxime mirabilibus & audacibus, imo impudentiſſimis mẽdaciis eſt. Credidit vetuſtas, & noſtri Aſtronomi demonſtrant, totam terram cum mari ad cœli complexum inſtar puncti obtinere. Et ex ampliſſimo influunt virtutes in anguſtiſſimum iſtud punctum, cuius quota portio eſt hic vel ille homo? Qui fit ergo vt ſydera promittant mihi ſoli hoc infortunium, & non potius toti illi puncto? An in me ſolum ſæuiunt? An cum in horoſcopo ſit Saturnus, & parte orientis, me potius, quam Indos reſpicit? Soli nõ ſufficit hæmiſphærium obuerſum illuſtrare: Vlterius vſque

Theſ. 75. De influxu aſtrorũ certorum ſingularia.

que ad ſydera oppoſitæ cœli partis contẽ-
lit, & his etiam lumen ſuppeditat. Me
miſerum, quod a Saturno potius, quam
Ioue reſpicior, nec Solis beneficio com-
muni fruor, qui tamen omnibus ſtellis eſt
valentior, & hominem cum homine ge-
nerare dicitur non tantum, ſed & conſer-
uare. Aut me petunt ſtellæ, qua homo
ſum, aut qua Philoſophus, ſutor, rex, do-
minus, ſeruus, aut qua nudus, aut qua ve-
ſtitus: aut qua ſic temperatus, aut hac vel
illa hora natus. Omnia ſunt vana. Niſi
ergo quia ſic diſpoſitus ſum, ad impreſ-
ſionem ſyderalem ſuſcipiendam, nec pro-
fligandam, in me exerceant vim ſuam, vt
in alia omnia, temeraria tota eſt Aſtrolo-
gorum obſeruatio. Atque ita ne in te-
lo quidam hoc vnquam aliquid momen-
ti habebit. Quid enim diſponat telum,
vt a variis aſtris eadem vi inſtruatur?
Sed & hinc vanitas illa manifeſta eſt,
quod in bello vel centum corpora diuer-
ſimode conſtituta, vno & eodem ſaucien-
tur telo. Idque diuerſis horoſcopis, &
contrariis ſyderibus. Quæ hic ſanationis
ratio? Sed plane ſtulteſcunt rationem
quærentes, vbi nulla eſt, quaſi a quouis
quoduis fiat, patiaturque.

Quomodo aſtra ſingulariter influant ſc. ratione diſpoſitionis ſingularis in patiente, nõ directione agentis in rem hanc, illam.

Bella arguunt directiones aſtrales vanitatis.

Exemplum ſumimus ex hoſtili ſangui-
ne, quem volunt indicare ſuum homicidã

Thema 78.

posse: aut ab illo patre, qui abhorrebat filium ita, vt ne odorem quidem ferre citra syncopen posset. Esto ergo adeps, vel vsnea, vel sanguis, vel cranium, vel omnia ex tali aliquo sumpta, an non redarguetur τὸ καθόλου nugatorum istorum? Sed & ad iumentorum vulnera vsurpatur idem vnguentum. Quæ cognatio homini cum bestia? Vbi ratio qua homo, vel humanum respicitur? Cadere somnium istud satis ante diximus. Nam longe maior quantitas temere effunditur, abiicitur, putrescit, quam in telo est. Etsi comburitur lignum, in quod sanguinis aliquid decidit, aut si in aquam iniicitur, cur non similiter vreretur vulnus, aut frigeret, aut vtrunque pateretur, si vtrunq; accideret in diuersis linteis? Quid si canes lamberent sanguinem, eumque concoquerent, num etiam partem vulneratam essent voraturi & concocturi?

97. Thema. Non abnuimus interdũ diabolo procuratore Hoplochristas vti seu scientes seu inscios modo a veritate ad somnia super-

Non ita temerarium creatorem, & naturam putamus, vt quod rectius, melius, & compendiosius fieri poterat, per dispẽdia & maleficia agant. Itaq; hic nec Deus, nec natura locum habent. Diaboli est deceptio & illusio. Si hic quid curat in hoplochrismate, non erramus, vt qui id vel impostoriũ esse, vel magicum concludimus, siquidem quod per se sanescit, alteri acce-

acceptum fertur, quæ res impoſtura eſt, aut quod diabolus adminiſtrat, ſorti tribuitur, coniuncta impoſtura cum impietate. Deus ita curaſſe nuſquam legitur, neque illa ratio eſt, quæ vnctioni iſti talem vim ineſſe perſuadere, aut ſaltem probabiliter fidem facere poſſit.

ſtitioſa abducantur, quod diaboli intendũt.

Mirum eſt cur non illa affinitas repetatur altius, cum tamen Paracelſici morbos etiam metallis, plantisque aſſignent & beſtiis. An & arboris vulnus ita curari poſſet, ſi quis tentaret? Imo inquam poſſet. Nam quæ impoſtura in homine valet, cur non etiam in arbore? Et harum vulnera naturæ nutu ſaneſcunt.

Thema 106. An eadem ratio in arborib. valeat.

Supra diximus de Niddani ex Pico veſania, quæ eadem eſt cum Agrippæ magia, & Theophraſti, Cornelij Gemmæ, aliorumque cabala, ex Platonicorum figmẽtis orta. Inde eſt huius loci declaratio. Attractio Dei & dæmonum fit potius vitę quadam ratione. Deus pietate delectatur. Itaq; ſi ſyncere colitur, vt ipſe iuſſit, ſi adoratur, ſi alia ipſi placẽtia fiunt, adeſt nobis: non quidẽ quia iſta a nobis fiunt, ſed quia is delectatur noſtra pietate, & promiſit præſentiam & auxilium. Ex conſequente adſunt nobis angeli boni: nẽpe Deo mandante, præterquã quod & ipſi hi congruis

Thema 121.

Th. 132. & 143. Quomodo Deus attrahatur, nempe vita ſanctimonia ex præſcripto eius.

actionibus gaudeāt: vereq; etiam hic elucescat illud Tulianū nihil esse copulatius virtute & morum similitudine. Diaboli improbis actibus delectantur. Itaq; sponte hic adsunt: Et quia intenti sunt in hominum perniciem, circumeunt instar leonis rugientis, quærentes, quem deuorent. Interdū, vt sibi ministros suos arctius deuinciant coactionem simulant. Itaq; ille infœlix homo putabat diabolum a se in speculum vel chrystallum per vim intrudi posse, in quo incarceratus cogeretur respondere de euentibus variis. Sed sensit tandem, quem hospitem inuitasset. Cum aliquando percontaretur de aliqua re, & genius, neque tunc, neque alias certū exposuisset: In ignem coniecit annulū cum Diabolo, vtrumq; exusturus. Sed ille liberatus carcere in suum mancipium inuolauit. Longe ergo alia causa est euocatorum geniorum, quam per murmura, characteres, statuas, & alia ridicula.

Diaboli vt attrahantur, vt sponte adsint.

Vide Bodinum lib. 2. Dæmon. ca. 2. & 3.

Quidā diabolum in ignem inicit.

Hinc patet, quæ Prophetæ, Apostoli, & alij Sancti perpetrarunt miracula, ea a DEO esse profecta, his tanquam organis operationum constitutis. Sic quæ magæ & venefici putantur peregisse, diabolus ipse patrat, vt satis ostendit Bodinus. Verum autem nostrum axioma esse etiam natura constat, siquidem nulla qualitas

Thema 147. Deus miracula per suos edidit. Diabolus per magos.

tas de subiecto in subiectum transit. In elementaribus quidem alteratione qualitates propagantur: at id in diuinis incorporeis locum non habet. Itaque nulla est in Deo qualitas, quæ non sit essentia eiusdem, adeo vt etiam non sit qualitas proprie dicenda. Nec angeli ex se possunt aliquid immittere in materiam. Ita vt actio sit naturalis. Non enim sunt passibiles a se mutuo naturæ, corpus materiatum & mens nuda. Omnino corporeum ab incorporeo per se pati limites physicæ excedit. Itaq; quomodo angeli interficiãt exercitus sanhoribi, physicus ignorat, nec putat fieri posse ex principiis artis suę. Itaq; & si intelligentiæ vertunt sphæras mundi, id explicari ex physica non potest, nisi eius principia extendãtur. Et ita intelligi debet physicus, cum negat possibile esse fieri, quod tamen factum est, fœminam parere sine viro.

Angelorum actiones.

Physici nequeunt rationem reddere de actionibus mentium.

Eo vesaniæ processit Paracelsus, vt imaginando ad se allicere, & auertere a se in homuncionem astralem, quæ velit confisus sit. Homo quo pacto attrahat hominem, notum est. Primum id ratio societatis efficit, cum natura propter commune auxilium homo sit animal congregabile. Idque Deum ita in naturam inseuisse, testatur illud Geneseos. Non est bonum

158. Thema Homo hominem attrahit.

&c. Poſtea ſpes boni alicuius idem præſtat. Inde ſimilitudo morum & ingenij: Et oblectamentum, quod in pulchritudine alterius alter percipit. At per characteres, cogitationes, cœli themata, attrahere prætextus diabolicæ coactionis eſt. Vis in verbis perſuaſoriis magna eſt, ſi is cui perſuadendum eſt, ea cognoſcit: at non qua verba, ſed qua res continent animum illectantes, accerſunt. Verum hæc alieniora.

Auicenna & Paracelſi nugæ.

163. Tempeſtatum variationes afficiunt corpora, ſentiunturque potiſs. in locis imbecillibus.

Notum illud chirurgis eſt. Non enim humida & turbulenta cœli conſtitutione, quæ a ſyderibus creditur excitari, proficiunt; neque cum luna ad plenum tendit. Quanta ergo varietate modo damnum attraheretur vulneri, modo adiumentum, modo anceps fortuna?

166. Thema.

Ante diximus, quibus rebus motus Deus aſſit ſuis in Eccleſia: vnde apparet, quanta ſit magnorum iſtorum cum impietate coniuncta impudentia, dum reuocant ſua magica deliria ad conuerſationem Dei cum piis.

172. Thema Deus odit attractores, magos, nec vult ex hyderibus per verba vel

Deum odiſſe magiam illam attractricem, quanquam multi Iudęorum & cum his Reuchlinus, Picus, Piſtorius, Gemma & alij çabalæ, approbatores, eam aſſerant: tamen ex literis ſacris manifeſtum eſt. Vide Exod. 22. Leuit. 19. & 20.

1. Reg.

Reg. 18. Deuteron: 18 vbi dicitur: Omnia hæc abominatur Dominus, ariolos, somniorum obseruatores, augures, maleficos, incantatores (quales Aegyptios & Chaldæos fuisse satis apertum est) pythones, diuinos, seu magos. Daniel 2. Arioli, magi, malefici coniungũtur. Actor. 8. Simon dicitur μαγεύειν & seducere Samaritanos. Sic de Elyma mago. Act. 13. Quãquam patronus sagarum VVierus negat sacras literas agere de sagis, quę sunt magę. Quod si quis velit negare, nostros attractores magos non contineri sub dictis; is nouerit eandem esse disciplinam Marsil j, Agrippæ & aliorum cum Persicis magis & Chaldæis & Aegyptiacis. Agrippa inter magos numerat Zamolxin, Zoroastrum, Albarim Hyperboreum, Charmondam, Damigerontem, Eudoxum, Hermyppũ, Mercurium, Trismegistum, Porphyrium, Iamblichum, Proculũ, German Babilonium, Apollonium Thyanæum, Osthanem, Democritum, Pythagoram, Empedoclem, Platonem. In lib. de vanitate scientiarum Proculo, & Synesio, Iamblichoq; asscribit, quod censuerint ex magorum sententia desuper suscipi posse per gradariam rerum & concathenatam sibi seriem non solum naturalia, & cœlestia dona, sed & intellectualia & diuina.

phantasiam adduci fœlicitatem, sed a se rogari.

VVieri subterfugium.

Magi.

Eadem Auicennæ & Paracelsi mens fuit.

Procu-

Proculum etiam ait lib. de ſacrificio & magia fateri, per huiusmodi rerum conſenſum magos numina quoque ſolitos euocare. Piſtorius Iamblichum a vero non multum aberrare tradit, dum verbis tribuit notationem a Diis inſcriptam, qua perpetrent miracula. Idem Piſtorius comprobat cabalam, quæ ex verbis elicit virtutes quibus in nos agant, vide quæ ſcripſit Bodinus lib. 2. dæmonum 1. Et qua Peucerus cum aliis de diuinatione.

Thema 175. hoplochriſtæ iſta arcana magorum ignorant. & nihilominus perſuaſum habent ſe ſanare.

Si defendendus foret magus, ad ſubiectum patiens ipſe ſtans facilius deuocaret virtutem. Sed bene ſe habent, quod pauciſſimi inter Hoplochriſtas ſint, qui iſtas ineptias ſciant, aut intelligant. Et nihilominus ſine diſcrimine vngunt. Teſtabatur hoc mihi vir quidam fide dignus, quod ſine iſtis ſuperſtitioſis magno in vſu eſſet illa inunctio. Et noſtra diſputatio non potiſſimum aduerſus magos eſt, quos damnat non hæc ſaltem artis pars, ſed tota ſimplicioribus inſeruimus, qui putant naturali quadam communione effectum ſequi.

The. 184. Magorum typi in quibus cruciāt hos, qui antitypum ſuſtinent.

Magi typum rerum excogitant, vt ſtatuam aliquam, vel torrem, vel pomum, vel aliud. In hoc cruciando occupantur, perſuaſum habentes eadem paſſione affligi antitypum. Id teſtantur hiſtoriæ eueniſſe. Sic enim toſtus eſt rex Scotiæ; ſic punctur

laterum

[l]aterum afficiebant mulierem, cuius effi-
[g]tes sepulta in vtroque latere habebat a-
[c]uleos infixos. Sic Althea mater Melea-
[g]rum filium occidit combusto fatali stipi-
[t]e. Sic illa patauina puella pomo tosto
[c]ontabuit. Sed id typi vis non agit verum
[d]iabolus. Atque ita hæc ratio superstitio-
[n]is magicæ autores damnaret.

Hoc vnum argumentis Hoplochrista- *The. 198.*
rum est nempe esse aliquam vnguenti isti-
us in telo ad vulnus efficaciam, siquidem
dolor creetur sauciis, si telum aeri expo-
natur; remoueatur, si reponatur loco ca-
lido. Nos de hoc supra diximus. Sed & hoc
attende, quodvis huius argumenti non
ad vnguentum tendat, sed ad teli colla-
tionem. Nam inunctum iam aeri expo-
nitur, inunctum etiam reportatur. Siqui-
dem si vel semel fuerit illitum sufficit. In- *Vnctio nihil facit ad dolorem, sed repositio, consectario Hoplochrismatis.*
de consequens est, ratione doloris non re-
quiri vnctionem, sed repositionem. At
quis non ridebit, si dicas dolorem in vul-
nere creari, & pelli teli prolatione, & con-
ditura? Si quis cultro vulnerat digitum le-
uiter, at non sine dolore: adductis labris
vulneris, & compactis, cessat dolor si di-
ducas, redintegratur, nulla habita ratione
cultri. An vero ille vulneratus in abdomi- *Gladiator ex vulnere ridens.*
ne non erat risurus, gladio ad aerem pro-
lato? Vulgus quouis modo condito telo
putat

putat non ſuppurare & dolere vulnus; quanquam in plurimis non reſpondit euentus. Sed vt hoc abſurdum eſt ita & illud niſi maioris dementiæ ſit inſimulandum. Nam ſi accidit hoc, aut forte fortuna accidit, aut magus eſt inunctor. Nulla enim eſt connexio teli aeri expoſiti, & vulneris abſentis per 10. aut 12. miliaria. Quæ enim naturę virtus momẽto per tantum ſpacium feratur, citra alterationem? Cœleſtibus id propter reuolutionẽ conceſſum eſt, at nec telo, nec vnguento, nec vlli rei elementari, niſi igni, cuius ſplendor a ſpeculis marinis etiam apparet longius: quod ad apparentiam colorum ſufficiat illuminatum eſſe obiectum, etiamſi medium lumine careat. Vnde nec lumẽ per vniuerſum ad videndum tranſire neceſſe eſt ne dum obſcurorum telorum, aut vnguenti virtutem. Et mirabile eſt ſi non diſſipatur ventis, & alteratur tam vaſto aere humido, calido, frigido, & innumeris per partes differentiis diſcreto præſertim cum fieri neceſſe ſit alterationem qualitatibus non migrantibus de ſubiecto in ſubiectum. Scimus odores & ſonos a ventis rapi, cur non iſta vis vnguenti? Iam ſi abſurdum iſtud eſt commentum in natura, a qua vniuerſa abhorret an non, ſi effectus eſt, poſt talem

Vulgi perſuaſio condito telo, nõ ſuppurari.

Collatio cũ illuſtratis.

[c]eli dispositionem, aut fortuitus est, & [q]um nihil certi habet argumentum; nec [s]emper aut plærunque id eueniet: aut di[u]inus, aut diabolicus? Diuinus a Deo es[s]et, quem scimus non hanc, sed alias in na[t]ura uias ad sanandos morbos proposuisse [n]eque istam leui re naturam repente im[m]utat; Angeli autem non ludunt in rebus, [s]iquidem ex Dei præscripto agunt, & men[t]e. Quid restat præter diabolum? Licebat [h]ic Paracelso & Cabalistis confugere ad [a]diunctos genios, varios spiritus, Salman[d]ros, Saganos Scaiolos, & nescio quæ por[t]enta, quæ si praua sunt omnia diabolo[r]um classe continentur; si bona, angelo[r]um. Horizontes vero cabalæ mera sunt [f]igmenta superstitiosorum ingeniorum; [s]iquidem nemo vnquã hominum in cœlo [f]uit, & vtrum ita esset indicauit, adeo vt [d]e astronomorum circulis, domibus cœ[l]is & aliis, magna sit quæstio, vtrum sint, [a]n non. Christus vero & Prophetæ nihil [v]nquam de ineptiis istis protulere. Quid [e]rgo reportabunt ad fidem faciendam suo [f]igmento? *Spiritus Paracelsici.*

Hoc etiam Aponus credidit & nos ex[p]erimur fere quotidie. Nam in quo me[d]ico aut medicamẽto confidit ęgrotus, ab [e]o sanatur facilius adeo vt etiã optimũ ab [a]lieno datũ in peius proficiat: cõtra pessi- *Thema 204.*

mum

mum multum prosit, aut parum noceat.
Sed quid affectus & imaginationes valeant, notum nimis est. Et quid malicia, satis comprobatum. Niddanus dicit Aponum nimis crasse disserere, cum fidei effecta quædam asscribit; Quasi vero subtilia mendacia crassæ veritati sint anteponēda;
Niddanus repudians fiduciam ea carere in sua magia nequit.
sed quid tum iste, tum Paracelsus, Agrippa & alij aliud afferunt præter fidem illam, cum de vi imaginationis attractricis, & repultricis multa fabulantur? Fidem nostri Philosophi a scientia & intellectu seiungunt. Itaque nullam faciet demonstrationem, eritque nihil præter opinionem firmam, quæ sibi persuadet veritatē ignotorum, nempe aut fuisse ea, quæ credit vera, aut fore: quæ si eueniunt, iam scit, nec amplius credit. Itaque etiam magis assertio de futuris est, iam ergo adeo firmum conceptum de re futura obtinere, vt hic motus mentis exuperet omnes reliquos.
Fides.
An non necesse est, spiritus & calorem, quę sunt prima animæ instrumenta, commoueri, aut inclinare eodem? Spiritibus coniuncti sunt humores, & corpus solidum. Quam ergo difficilis res est, aliquem imaginatione sua posse sibi ad sanationem aliquid adiumenti afferre? Ad externa, quam vim habeat eadem affectio, neque nos, neque vlli cabalistæ intelligunt. Theologic
Phantasia aliquid momenti habet in sanando.

giaca fides alia res eſt, quæ miracula perpetrat aliena virtute in quam defixa eſt, non quod eam attrahat, aut repellat per ſe; ſed quod ita agnoſci Deus vult, atque ita adeſſe, ſi ſtatuerimus firmiter eum eſſe ſolam ſalutis noſtræ anchoram: quo facto, ex promiſſo & liberali ſua voluntate nobis ſuccurrit. Quod ſi non ita affecti erga Deum fuerimus, excipitur is obligatione, nec adeſt. In aliis ſiue credamus, ſiue non, Deus bonus eſt, & omnibus ſua bona communicat, nec promiſſionem tollit conſeruandi mundi vſque ad prædeſtinatum finem, etiamſi multi negent prouidentiam, nec credant Dei id eſſe opus. Sed de his Theologi aptius. Bodinus alicubi commemorat hiſtoriam magi curaturi morbum quendam hac conditione, ſi ægrotus crederet, ſe id poſſe: nimirum in diabolicis etiam fidei locus eſt, ſiue genius ille malus æmulatus eſt Chriſtum, ſiue intellexit potiſſimam curæ partem eſſe directionem iſtam, & motionem ægroti. Alioquin ipſe ne tantillum quidem morbum curare poteſt, niſi naturæ ope, aut quem ipſe per ſortes magicas procurauit. Multos autem Deo permittente ob peccata noſtra infligit. Nec immerito ſanare non poteſt. Quomodo enim, qui malus eſt, & malorum effectuum cauſa, aliquid

Theolg. fides.

Magi poſtulant in ſe credi.

Diabolus nõ curat morbos, nisi animo vulnera to.

quid boni per se produceret? Si quem curat ad confirmandam de se opinionem, id profecto longe peius est. Sublato enim corporis vulnere, animæ inuritur morbus grauissimus, & plærunque vltimum interitum afferens. Morbum autem leuẽ grauiore inducto curare, bonum esse nequit, cum in ratione finis sit τὸ εὖ. Sed de fidei effectis valde proferuntur mira extra illam Theologicam virtutem. Nos rationem inuenimus, de his quæ in ipso corpore eueniunt. De externis inuenimus nullam. Nisi enim mentis intimus ad Deum, aut diabolum motus est, quo velut præcatione accersuntur isti effectores: Sed tantum mentis ad res quasdam directio ea, vt certo putetur euenturum quid, sic instituta cogitatione, si voto respondet euentus, præter fortunam nihil reperimus, nisi quæ tacita fit geniorum consensio, & operatio, ita vt nostræ phantasiæ asscribamus, quod seu alio consilio, seu ad superstitionem retinendam molitus est genius. Interdum intelligimus causas quasdam, & ambigue & hæsitanter. Hinc nascuntur quædam mentis præsagia, & omina: vt si quis probabilem causam habens, cur accedere cras debeat frater, animo firmiter concipiat eum venturum, idque euenit. Sane

Fidei mira effecta.

Omina.

fides

fides eum non attraxit. Sed & contra euenit. Putamus enim non raro, ſæpe etiam vitam noſtram aſtringimus, hoc illudue euenturum, at euentus fallaciam detegit. Forte non mirum eſt, ſi aliquando cum aliis cauſis, quarum vis prope ad finem peruenit; incidit citra vllam connexionem fides: ſine qua nihilominus erat res futura: vt cum de partui vicina certo ſibi habet perſuaſum aliquis eam cras parituram, cum alioquin futurum foret hoc etiam ſine illa perſuaſione. Sed ſæpe falli non tantum alios, ſed & ipſas prægnantes, in quibus erat ratio maior euentus, experimentis comprobatum eſt. Non abſurdæ ſunt cogitationes, de fortuito euentu, de Deo & ſpiritibus, ſeu puris ſeu impuris; a quibus & omnia excitantur, & euentus gubernatur. Velut si DEVS leuaturus afflictum, omen obiicit boni euentus: aut ſi Diabolus ad firmandam vel procurandam ſuperſtitionem, idem molitur. Interdum tamen ipſi ominatores pro omine arripiunt, id quod ſua natura omen non eſt. Hoc de fide.

Beſtias etiam curari ab Hoplochriſtis docet VVittichius, qui gomphum equi, à quo eſt læſus, inungit ad prohibendam *Thema 207*

claudicationem. Mirum autem eſt, ſi in equo etiam fides eſt, aut illa phantaſiæ directio ad futurum.

Th. 229. De aere ipſi Hoplochriſtę dicunt, quod in eo locatum telum noceat vulneri. Itaq; propria aſſertione ſeipſos euertunt.

Th. 233. Lumen. Lumen opaci obiectione non propagatur. Neque enim ſe inſinuat per obliqua, cum recta tendat. Et probabilius foret aeri vim communicatam proferri: ſiquidem aer etiam per obliquos meatus traiicitur, Et ſonos, per ſolida proferre poteſt. Sed vt lumen obuelatum non peruenit: ita nec vis vnguenti: Et vt ſoni odoreſque cum aere rapiuntur, nec niſi immenſa vi per longinquum producuntur: ita nec vis teli. Et mirabilis res videtur inde conſequi. Si enim veluti odores per vaſtum ſpacium ad vulturum nares creduntur peruenire, ita etiam vnguenti vis peruenit, cum plurimæ res intra iſtud ſpacium ſint, quæ vim eius habent, & ſimili ſunt natura, cur non citra vnctionem quoduis vulnus curatur? Nam ſi per tantum ſpacium agit vnguentum, & tangit vulnus, tanget etiam telum. Et ſic non referet, vtrum quis invngat arma, an non.

Si a cadaueribus vis cõmunicatur. Nam ſponte vel omnium medicinarum virtus ad iſta per aerem accedet. Theo-

Theophrastus auxilium petit a cadaueribus. Res ridicula. Quot putrescunt in cœmiteriis, in patibulis, rotis & aliis: cur hæc nullam vim habent ad sanationem; illa saltem particula tam efficace, quæ inde est decerpta? Atque ridiculum est eorum commentum, qui de suspensi cathena cum patibulo auellunt, creduntque magnum quid præstare. Cum vel totum patibulum ne tantillum quidem possit iuuare, nisi ad finem vitæ laqueo querendum. An ergo manus componentis, vel ratio componendi, aut maginatio, aut quid nam artificis tantum obtinet?

aeri cur non hæc ad Vulnus peruenit? Imo cur non æque venena ac auxilia.

Cathena suspendiorum.

Omnia subterfugia Hoplochristis adimenda sunt, vt suam stultitiam intelligere discant. Volunt vim medicatam, cum per aerem fertur, & alia corpora, tam fortem esse, vt immorigeram materiam dispositam reddat, ad obsequendum. Idem dicunt, quod astrologi his si obiicias cœlorum vires agere pro ingeniorum diuersa dispositione ratione humorum, & corporis, cui imprimunt vires mediantibus elementis; Contra vero indispofita neutiquam posse mutare; inquiunt illi, cœli tantam vim esse, vt quantamuis materiam sibi morigeram

Thema 245. De efficacia disponentis, sibi subiectũ patiens solis vel cœli.

reddat præparatione quadam Hos dicimus manifeste delirare. Naturalis enim agentis finis est, similitudo passi. At per tot millia annorum sol vel sub tropico cancri, & aquatore iacentes terras nunquam sibi similes potuit reddere; & ne in toto quidem cœlo vllum solem procreare. Quem vero etiam vnquam silicem ita præparauit, vt a radiis eius conflagaret? Dicunt a sole procurari aurum. At ô infœlices Arabiæ Petreæ & Mauritaniæ incolas, quibus lapides, & pulueres auro longe sunt cumulatiores etiam sole perpetuo vsque ad execrationem eius ibi vrente. Nec intemperatis operatur aurum idem.

Thema 250. An ad certũ locum vulneris ferri vis possit.

Si concesserimus vim ab obligato telo peruenire vsque ad hominem per æstus, per frigora, humiditates, siccitates, syluas campos, maria, flumina, muros, ædes, conclauia, vestes, & reliqua, cum idem homo sanguinem & spiritus non vna in parte habeat, & sæpe in facie extantem, sæpe etiam ex hæmorrhagia narium aliquid profuderit, quod vel in pannis, vel humo adhuc hæret; vulnus autem sit in fœmore, & vlcus in brachio cruentans; quomodo ad tam certum locum feretur? Quod si plura illa sint

ſint vulnera, vnum autem tantum curetur ita, an ad omnia virtus comparata erit? Si dicas, rationem, qua ſanguis ex hoc, & non alio loco effluxit, tantum valere, mirabile ſophiſma genueris. Quomodo enim tam cito fuerit alteratus? Et quomodo tam cito exuerit vim aliarum partium, quarum nutrimentum eſt, quaſque poteſtate complectitur? An vero totum hominem inuadit, & quod ſanabile eſt ſanat; ſicut ſolis calor liquabile colliquat, etſi pariter communicatur multis? At quorſum opus erit, ex hac potius, quam ex alia parte accipere ſanguinem? cur per vulnus eſt exigendum inſtrumentum, deficiente vero telo?

Fatemur quidem eſt quædam medicamenta, quæ virtutem ſuam per totum quidem corpus exigunt, at in læſa parte deprehenduntur potius. Illa enim affecta eſt debiliſque ad reſiſtendum. Sic qui comedunt olera, carnem ſuillam, & ſimilia in vlceribus, aliiſque læſis membris noxam percipiunt tantum. Quibus vulneraria potio porrigitur, eius ſuccus, odor & ſapor in vulnere ſtatim animaduertuntur. Ita de quibusdam venenis ſcribunt, quod non niſi in noxia corpori

Debilis pars ſentit vim medicinæ magis.

noſtro,in quo exiſtunt, agant. Sed eſto; vis vncti teli exerat ſe in parte tantum vulnerata tanquam debili: Si eidem homini ſit aliud vulnus grauius, vnde ſubiectum erit debilius: hic ne æque aut etiam magis futura ſit potens? Confugiant ad Geometras, dicantque ſic factum, deſcriptum & cogitatum vulnus peti, non autem aliud. Ergone vis ſanatrix notitia prædita erit electiua? Ratio cognationis arte euerſa eſt, per alterationes mille.

257. The. Hoc ex hiſpani magi cura, quam ſupra citauimus expertam in principe quodam patet. Is enim magus Diætam pro ægroto obſeruauit, vt refert Paræus.

258. The. Qualitas qualitatem non inducit in ſubiectũ, ſed educit ex potentia materiæ, contrario eui-cto. Thema 260. 1. De ortu lex 23. 1. de ortu lex 50.

Qualitates ipſæ non in ſe tranſeunt mutuo, ſed ſubiectum penes eas alteratur. Itaq; quæ dicuntur hoc themate de qualitatum mutatione, vt ex acta incouenienti, inducatur diſpoſitio congrua ſubiecto ipſo ſuſtinente mutationem accipiãtur. Cum alteratio ſit qualitatũ ſeu paſſionum in eodem ſubiecto manente mutatio: eaque fiat ab agente contrario: contrariũ vero genere ſit idem & ſubiecto: ſane neceſſe eſt, vt alteretur aliquid, illud quale quoddam eſſe, idq; determinatum alioquin non patietur; ſiquidem corpus

a cor-

a corpore, qualitas a qualitate pati nata est. Non ergo ἄποιον ponendũ subiectum alterabile. At in tali agentium qualitatum cum patientibus constitutione pugnam esse nemo non videt. Momento in tam vasto corpore per tot solida obiecta, quomodo id fieri possit, rationabile non est. Nihil celerius immutat subiectũ diaphanum lumine. At quanta sit discrepantia luminis & virtutis in hoplochrismate, ante ostensum est. Nec talis est operatio, qualis rationis, aut virtutũ animæ a communi principio influxus: neque etiam per continuorum successiuam impulsionem vis ista peruenit, in quo ipso etiam celeritas magna est. Sed frustra fatigamur in re manifeste absurda.

Medium τὸ μεταξὺ a Philosopho definitur, quod sit id, in quod prius aptum natura est peruenire id, quod mutatur, quã in quod vltimum mutatur. Cum ergo inter telum & vulnus intercedant multa, per quæ communicatur mutatio sanabili rei, aerem necesse est, sicut & reliqua, prius ex qualitate non sanatiua in sanatiuã mutari. Alioquin non sanabitur subiectum vulneris. Ponitur enim vis per medium deferri. Id cum qualitate non transeant de subiecto in subiectum, necesse est fieri per similis productionem inhabili.

Thema. 263
Medium
5. phys. test. 22.

Erit ergo mutandus aer. Terminus mutationis est fieri sanatiuum. Hoc sine expugnatis aliis obstantibus huic fieri nequit. Idem dicetur de aliis. Et sic porro vsque ad vltimum terminum sanandi vulneris.

The. 286. Immobile primum.

Principium hoc περὶ ἀντικινήσεως extat apud phil. in 3. phys. tex. 8. & 1. de ortu tex. 53. Item in 4. de gen. an. 3. vnde petita est thesis nostra. Rudiores de primo immobili audiẽtes, non ad omniũ primum semper reuocare cogitationes debent. Sed ad id, ꝙ in hoc motu, de quo sermo est, primũ est, veluti in sanatione principium immobile est ars sanatiua seu medicina: mouens mobile est remedium. Sic in gubernatiua & aliis. Anima mouetur intellectu in homine, intellect⁹ a phantasmate, hoc a sensili per instrumenta: vltimũ hoc immobile est mouens. Color enim, seu sonus, seu quoduis aliud hac ratione, qua fit sensus, immobile quoddã est, at quod mouet sensum per medium. Omnino in vltimo est status. Non enim est aliud motiuum sensibilis, qua tale. Porro de actione & reactione; subtiles sunt controuersiæ inter Peripateticos. Quidam reactionem negari posse dicunt, quibusdam argumentis moti, ꝙ nempe ęqualium nulla sit actio, & passio mutua. Inęqualium vero cum sit re-

De reactione.

passio

passio vincentis non est. Præualet enim agens. Deinde qui fieri possit, vt contrariis motib. vnũ idemq; simul moueretur? reliqua vide apud Zabarellam. Alij vana cõmenta ad saluandã Aristotelicam authoritatem, inuenerunt, quæ itidem tum Pomponatius, tum Zabarella referunt. Nos de ista re prolixe agere nõ attinet. Non enim huius fori est. Bene Zabarella reactionem ponit, & ad saluanda argumẽta distinguit inter actionem completam ab initio vsq; ad finem mutationis totius: & inter actiones singulares, seu particulares, quæ inter agens & patiens, dum ad finem tenditur, mutuo eueniunt. Nec dubium est quin friuolum sit illud, æqualia a se non pati, nec in se agere, si accipiatur de particularibus, seu domesticis commotionibus. Verum autem est, si victoriam spectes. Sed a Zabarella petantur reliqua.

Aequalia agunt patiunturque mutuo.

Cœleste & elementare esse, a loco subiecto videtur duci. Sed hoc ipsum discrepãtes formas inducit, adeo vt quod cœleste est, neutiquã possit esse elemenare, & vicissim qua vtrunq; est tale. Id etiam aliis adiunctis ostenditur. Illud enim incorruptibile & impossibile: hoc corruptibile & passiuum. Interim tamen quodãmodo vtrunque in vno est. Nam calor animalium & plantarũ ortu potest dici cœlestis,

Thema 288. Cœleste, elementare.

vt &

vt & calor aeris ſub tropico. Ille ergo in elementaria demiſſus, vel in his productus, vi agentium cœleſtium corruptibilis eſt, at non qua a cœlo productus eſt, nec qua ſimilis in cœlo eſt calor, ſed qua in elemēto ex potentia eius euocatus. Etſi ergo vi aſtrorum per affinitatem cum telo obligato ſit producta in aere ſanatiua huius vulneris qualitas, eaque non generalis, ſed ſpecifica ad hoc: tametſi id abſurdum ſit, tamen non eximitur paſſionibus, & elementari ratione.

The, 296. Diſſimile attractum erit, quia volebat ille Hoplochriſta ſanatiuam vim ad hoc vulnus e cœlo adducere. Quod ſi non ſit ſanatiua, non reſpondebit imaginationi, atque ita non fiet attractio.

Th. 301. Niſi velis cœlum terræ miſceri ſecundum ſubſtantias, idque non ratione primi ortus, ſed momentanea defluxione, non poteſt conſtare deductio Lunæ in regionem elementarem, & reliquorum. De luminis natura, ſi corpus id eſt, dicimus itidem in aere id ſimile eſſe cœleſtium propriæ ſubſtantiæ, ita vt quidam eius ſit fœtus, ſeu producta in aere natura: non autem per influxum propriæ ſubſtantiæ demiſſa. Chymici quintas naturas educunt ex rebus, & cœleſtes eas vocant, ſed iſti ſuum cœlum philoſophicum habent, ſua

Natura luminis.

Quintæ eſſ.

etiam

etiam elementa. Interim etiam purissimæ eorum essentiæ ex elementarib. sumptæ, non sunt absque elementis. In prima separatione cœlestium ab elementaribus, volunt aliquid cognatę substantię remansisse in inferiore mundo: quod prodatur calore, lumine, & vi vegetali. Sed istud nos cognatum esse admittimus, idem esse non admittimus. Est enim totus Sol sursum, neque quicquam de eius substantia deorsum. Et quomodo vim admitteret natura perpetua? Quomodo Solis substantia misceretẽ incorruptibili elementari, ipsa incorruptibilis horum respectu? Est autem principiũ istius opinionis fragile. Nam Platoni & Poetis ista sententia congrua existimatur, at non sacris literis. Non ex chao separationem factam volũt Theologi quidam, sed statim sua forma seorsim exornatum cœlum & terram conditam. Textus Biblicus optime dirimit litem. Primi diei opus diuiditur in creationes cœli, terræ, & lucis, qua creata simul facta diuisio a tenebris est, quæ incumbebant profundo in aere: Hoc est vt nos sentimus: Primo die Deus creauit aquas (quas per cœlum accipimus) & terram vacuam plantis, animalibusque, mineris. Terræ incubuit aer (ita accipimus spiritum.) Aer subiectum est tenebrarum & lumi-

An aliquid cœlestis naturæ restiterit in inferioribus.

Ordo rerum creatarum.

&luminis maxime, cum natura ætherea. Huic conditę cesserunt tenebræ. Itaq; elementa quatuor primo die sunt condita, lux, (quæ est cœli materia, causa ignis, & fons luminis, vereque quarta natura) aer, aqua, terra, luceque orta iacta sunt fundamenta dierum & noctium, quarum causa propinqua Sol, quarto demum die creatus est. Secundo die cœlum seu firmamentum extitit ex materia lucis (opinamur) ex qua postea quarto die coactæ in certa corpora, factæ sunt stellæ. Philo. in libro sapientiæ Platonicum chaos amplectitur, & ex huius mente dicitur ante sex dies, seu in principio sex dierum (nam nondum inuectus erat dies: Itaque dicitur in principio) condita esse illa moles elementorum.

Lux. Primo autem die saltem lux, quæ simul a tenebris segregata est. Alij ab vtraque sententia secedunt. Videant autem illi, qui per cœlum (Hassammaym) primi diei accipiunt istam naturam, quam nos cœlum vocamus elaboratam & perfectam, ne bis cœlum factum fateri cogantur, aut in alios labyrinthos se intrudant.

Lux. De luce consentaneum est, eam primo die dispersam fuisse, & inuasisse locum tenebrarum. Secundo die reuocatam ad summum, simul cœlum constituisse,

isse, & discreuisse inter aquas duplices, quarum alteras nulla vnquam philosophia profana sciuit: Quarto die demum coactam in globos stellarum; Et sic solui quæstio potest, cur primo die dicatur facta dies & nox ex matutino & vespertino, cum tamen nondum Sol esset, causa propinqua diei. Nam lux illa sparsa itidem motus suos obtinuit, lataque circulo est, sicut die quarto eodem motu etiam Sol incessit, & temporum discrimina exactius & perfectius constituit. Inde refutatur somnium de intelligentiis sphærarum motricibus. Natura fertur ita lux, & Sol, fons lucis primæue, aut potius illa ipsa informata. Si quis etiam per Ruah accipit Spiritum sanctum: is quidem pie sentit, at defectus Scripturam arguit, vt quæ omiserit conditionem aeris, cnm reliquorum elementorum nullum omissum sit, (ignis enim lucis est ἀποῤῥώξ) Et Spiritus sanctus non aquarum tantum, sed totius mundi creator est, fouetque omnia: Psal. 33. Sed hæc probabiliter. Ex lucis cum inferioribus prima mora, sumi potest firmamentum opinionis in thematis expositione indicatæ.

Cur prima die factus dies & nox, nondum existente causa diei.

Intelligētia.

Lux natura fertur.

Vim autem deductam a cœlo in vnguētum esse, commēticium est. Nam cœli vires

Cœlestia quomodo in elementaribus fiant. res cœleste subiectum non exeunt. Quod si in elementaribus tale quid producitur, id non infertur ex peregrino, sed in eo ex naturæ potentia progignitur, remoto vi agentis contrario: vt calor æstiuus in aere huius est, non Solis, nisi ortus ratione, aut nisi radiosum lumen substantiale quid est.

Th. 308. Sanatiuum principium. Diximus sæpe sanatiuum principium esse in subiecto ipso sanabili, quodque sanitas non inducatur ab externo agente, sed in ipso educatur: quia erat in potentia eius, & procliuitate naturali: Educatur autem a mouente externo ad id comparato. Si ergo sanatur vulnus naturaliter, vis tota est subiecti eius, vnionem sui requirentis, & motu ad hoc, quod sibi naturale est, tendentis. Extrinsecum quod est, illud tantum motus causam præbet primam, si habile ad hoc est. Telum obligatum & distans, omnino est indispositum. Itaque tantum impostorum est ad pecuniam aucupandam illusio: nisi magicum sit instrumentum, in quo diabolus non vulnera sanat, sed suos satellites confirmat, alios autem ad suum famulicium allicit. Nam ipse aliis modis curat saucium, si potest. Huc pertinet sententia Paræi ex lib. 23. de monstris cap. 17. Non est miraculosum, inquit, remedium hoc, vt plærique putant, quæ verba supra cita-

citauimus. Cur ergo Theophraſtus præcipit vulneris obligationem & elutionem cum vrina. Item hæmorrhagiæ ablationem, diœtam bonam, & alia: his vulnus ſaneſcit adminiſtris, non vnguento illito telis abſentibus. Sed hæc hactenus.

FINIS HOPLIATRIAE.

DEO GLORIA.



TRACTATVS SECVNDVS,

DE INDICIO CADAVERIS CRVENTO, QVO CREditur signari percussor verus si astet præsens,

THEMATVM FORMA primum conscriptus, & in Academia Ienensi ad disceptandum propositus. Nunc illustratus scholis ipsius autoris,

ANDREÆ LIBAVII M. D. P. C. Physici Rotenburgotuberani.

DE INDICIO, HOMICIDÆ EX SANGVINE INIVSTE ab eo interemti.

POSITIONES.

1. OMNE iudicium ex præ cognitis est, certumq; e certis.

2. De ignotis enim nullū de incertis incertum fa cias iudicium.

3. Cumque in quibusdam ad necessa rium possit perueniri, in quibusdam vi ad probabile.

4. In hac præsente materia, præte probabile pollicemur nihil.

5. Causa est, quod illud ipsum de qu differemus nondū sat exacte sit explorati

6. Multi enim dubitant, an vnquan iniuste interfecti sanguis percussorem ve rum signarit.

7. Quia exempla rara sunt, nec nisi i paucis signatura est deprehensa, si vni æuum spectes.

8. Quidam si cruentatio facta est f dem ei haberi posse negant.

9. Nam signum si sit, cuius tamen f gnum sit, scire non posse autumant.

10. Quædam enim cadauera quou motu cruentat.

11. I

: Et obſeruatũ eſt falſo ſignatũ eſſe.

. Quanquam cum effectum ſit, ſem-
er alicuius cauſæ eſſe neceſſe ſit.

;. At eiuſdem effectus plures poſſunt
ſſe cauſæ.

4. Vtut ergo gruentet præſente per-
uſſore cadauer, valde dubium eſt, quæ-
iam motus cauſa ſit.

5. Nec illi qui ſpectatum admiſſi ſunt,
at diligenter videtur omnes circumſtan-
ias diiudicaſſe.

6. Atqui ne dicere quidem poſſumus
ndicatum eſſe interfectorem, niſi huius
um illo ſit connexio ea, vt aliqua motus
auſa perhiberi poſſit.

7. Sed remoto dubio de effecto, po
imus præſente occiſore iniuſto & crude-
i, cruentaſſe quædam cadauera.

8. Ponimus etiam quod cruentatio-
ie hac indicatus ſit percuſſor.

9. Mouent nos teſtimonia non Phi-
oſophorum tantum qui effectum agno-
centes cauſam quæſiuerunt: ſed & Iure-
onſultorum & Magiſtratuum.

o. Hi enim, tametſi non omnia for-
aſſis adiuncta exactiſſime attenderunt,
bſeruare tamen potuerunt, inducto per-
uſſore vero, tempore legitimo ſignum
actum eſſe: id quod confeſſione cæſoris
oſteá eſt confirmatum.

21. Nec parum impellimũr ad credendum hoc ipſa naturæ potentia.

22. Non enim impoſſibile eſt in natura tale quid accidere.

23. Cauſa vero αἱμαλοδείξεως huius quænam ſit, a diuerſis diuerſimode iudicatum inuenimus.

24. Qui Lucretium ſequuntur, eam ſanguini naturam tribuunt, vt qua per affectum vocatur, ſequatur, perinde vt in amore amatum bonum appetit.

25. Atq; id explicarũt quidam per συμπάθειαν, quidam per ἀντιπάθειαν vel δυσπάθειαν: ſeu concordiam diſcordiam.

26. Apud Bodinum recitatur ſententia quorundam, qui putarunt animas defunctorum aliquantiſper vel in corporib. ſubſiſtere, vel circa cadauera vagari, atque ita indicare interfectorem.

27. Sunt qui ad genium cuiuſuis referunt cauſam.

28. Sunt qui ad occultam Dei, eamq; ſpecialem actionem.

29. Nonnullis accedere Diaboli ludibrium, vt in falſis indicationibus, videtur: alij aliud prætendunt.

30. Nos quantum de qualibet aſſumamus aut diſcedamus, aperient ſequentia.

31. Dicimus ſicut in aliis effectis, ita & in hoc cauſas inſpiciendas eſſe, tum eas quæ

quæ per se efficiunt, tum quę ex accidente.

32. Ex per se causis (ignoscant Logici hæc perspicuitatis gratia repetentibus) tum mentem, quæ aliis artis nomine, licet angustius, solet comprehendi, tum naturam asciscimus.

33. Mentis duplex ratio est: dum aut absolute sine omni materia agit, aut cum materia, sicut proprie dicta ars solet, quæ materiam a natura accipit.

34. Illa extra naturam sensibilem est, hæc ad eam reducitur.

35. Prior mentis ratio, in præsenti effecto locum habet nullum.

36. Nam indicatio mediante materia sensibili perficitur.

37. Posterior locum habet: eandem ob causam.

38. Sed & huius operantis ratio est duplex.

39. Nam aut remotis obstaculis potentiam materię in actum procliuem prouocat: aut citra naturalem materiæ δύναμιν, qua sua sponte moueri poterat, tantũ vi eam impellit. ἔκθεσις: *Exempli gratia: Qui vi moratur in summo lapidis, demto retinaculo sponte decidit: Qui in imo naturæ suæ loco est, vi sursum impellitur.*

40. Esse quasdam mentes, quæ occulte vtroque modo sanguinem mouere possint, minime dubitandum est.

41. Præſertim de Deo, quin ſi deſit potentia, ingenerare materiæ aliquam valeat vel momento, hæſitare nefas eſt.

42. Sicut eodem nolente & actu prohibente ſignum non fit.

43. Sed cum omnia poſſit Deus etiam ſine natura perficere,

44. Patet tamen ipſum eidem inſtitutum a ſe curſum libere permittere, vt dici poſſit, quædam per ſe naturæ opera eſſe quanquã vniuerſi gubernatio ſit ſoliꝰ Dei.

45. Et ſic nos velint accipere illi, qui alioquin nos irrident, cum quædam effecta naturæ aſcribimus, quaſi naturam dicentes, autorem naturæ negaremus, id quod & nos improbamus.

46. Ex Dei ergo parte aſſerimus nihil impedire quo minus αἱματόδειξιν naturæ aſcribamus, etſi in quibuſdam miraculoſa appareat diuina actio.

47. Nam ſcimus neque Deum huic alligatum eſſe, ſed ſi velit, poſſe plurib. aliis modis crimen manifeſtare, idq; ſæpe cum maiore miraculo.

48. De angelorum miniſterio conſtat, quod a diuina voluntate non diſcedat.

49. Neq; neceſſe eſt vt credamus ipſos in natura id exequi, quod alioquin ſponte naturæ futurum erat.

50. Nec ratio eſt, ſi hæ cauſæ ſemper

aſſint,

ſſint, cur non ſemper indicium fiat, niſi voluntas.

51. Nec ipſi ideo abſtinere ſignatura ſunt putandi, quia alium punitum, alium non velint.

52. Multo minus quod innocentem indicent.

53. Non ergo probabile eſt, angelicũ illud eſſe opus.

54. Ope malorum geniorum cædem perpetrari, Theologicum eſt axioma.

55. At eos per ſanguinem indicare reũ, vt iuſticiæ ſatis fiat rationem nullã habet.

56. Abhorret enim hoc a natura eorum.

57. Nec neceſſe eſt, vt Deus eos ad indicium cogat.

58. Hoc conſentaneum eſt, quod ſi fieret, ſpecies iuſtitiæ hæc illis foret ad fraudes & iniurias prætextus.

59. Tametſi aliis modis pluribus, idque longe melius poterant hoc conſequi, non ignorantes tale indicium apud non temerarios iudices non ſufficere ad pœnam capitalem.

60. Sed de his cum demonſtrationes certas non habeamus, aliquid probabiliter potius dicendum fuit, quam tacendum.

61. Et nos ideo diſputamus, vt ſi quid veri eſt, cognoſcamus.

62. Ex mentibus (nisi præter Deum, Angelos, Diabolosq; quæ aliæ supersunt) manes defunctorum restant.

63. Hi enim hæmatodixi possent esse aut eorum ipsorum qui forent interemti, aut quorundam amicorum.

64. Et vtrique siue damnati siue beati.

65. Sed vt particularia ommittamus, vniuersim dicimus, nullos posse esse.

66. Aut enim simpliciter executores Iustitiæ forent, aut odio percussoris, amore vero & commiseratione percussi ad indicium faciendum mouerentur, ni quid frustra agunt.

67. Sed nullum ex ipsis sine notitia tum cædis factæ, tum personarum & aliarum circumstantiarum, ex quibus ius & iniuria patescunt, accidet,

68. Manes autem defunctorum extra mundanam hanc conuersationem esse, dubium non est.

69. Cur enim in sacris diceretur Abrahamus ignorare Ecclesiam.

70. Animæ beatorum ἀπαρτὶ dicuntur esse in felici statu, qui sine loco felicitatis non est: contra ergo & damnatorum in damnato.

71. Conuersatio mundana nec beatorum est nec damnatorum. (huc.

72. Nam mundani ad iudiciũ agunt ad-

73. Quan-

73. Quanquam aliter de inchoato & perfecto, manifestato, & non manifestato statuimus.

74. Quam coniecturam ex lemuribus sumunt ea fallacissima est.

75. Et potius probant eos esse ex genere malorum geniorum, quam animarum humanarum.

76. Nec proficiunt exemplo Samuelis.

77. Hunc enim vere mortuum scriptura affirmat.

78. Est autem mors solutio animæ a corpore, seu excessus.

79. Sed hæc Theologis permittimus, & ex physicis dicimus, quod id non admittat natura.

80. Externorum enim nihil nouit, nec patitur anima sine interueniente corpore, cuius commercio sensibilibus iungitur.

81. Nam sensus sunt internuncij rerum externarum.

82. Atqui eorum omnis vis in instrumento valet corporeo.

83. Anima interemti soluta a corpore, per corpus cognoscere nihil potest.

84. Nec si inesset adhuc (quod quidam volunt) cognoscere posset.

85. Instrumenta.n.non vsurpare deprehenditur, sed pro mortuo tractatur, is qui cæsus est. *Quod autem in quibusdam, qui pro mor-*

mortuis habentur, adhuc sit anima, ostendunt tum pestilentes, quorum aliqui post exportationem reuixerunt: tum Ecstatici: tum suffocati, ex quibus dicitur adhuc in viuis esse vnus, qui aliquo tempore tanquam suffocatus, ex vndisq; extractus, pro mortuo habitus est, sed concalefactus reuixit. Et ex recentioribus Illyricus idem testatur in 3. de vita & morte cap. 19. Nec incredibilis est historia de suspensis per horam quibusdam, quod hi reuiuiscere poßint, soluto nodo, modo tractentur rite: Sicut & de illis qui fumis apparent suffocati tempore incendiorum: Et nos exemplum scimus eius qui delapsus curru, sublatus pro defuncto est, at recte tractatus rediit & adhuc viuit. (Langius de quodam adolescente e superno loco lapso.)

86. Nec postliminio est regressa.

87. Coacta enim & per vim excessit,

88. Quæ vis cadaueri nisi adimatur & diuina virtute forma reducatur, non poterit regredi.

89. Et si hoc quoq; fieret, reuiuisceret interemtus, quod nos non obseruauimus.

90. Insuper non indicaret cadauer, sed homo,

91. Et periret finis indicij: ergo & ea quæ finis gratia.

92. Et potius exploratio facienda esset adhuc aliqua vitæ indicia habente cæso: quod intermissum, argumentum foret temeritatis.

93. Fiat

93. Fiat indicium per hominem: ergo per instrumenta hominis propria: nec per sanguinem.

94. Quem humanum & animatum instrumentum esse vere negamus.

95. Obseruamus etiam eos quorũ cerebrum fortiter est læsum, etiamsi viuant, & oculos apertos habeant, tamen nec amicos, nec inimicos agnoscere: imo nec esculenta a non esculentis posse secernere: multo minus anima in iis qui pro omnino mortuis habentur, & in quibus nullum instrumentum suum habet officium.

96. Nec qui dormit id fecit.

97. Nam ligatis sensibus, indicium per sensus est interclusum. Minus ergo semianimis aut omnino mortuus.

Hæc de prima per se causa.

98. De naturali causa dicturi, experimur conditionem nostram valde iniquam.

99. Sunt enim qui obstrepunt vehemẽter, negantes, aliquam esse posse.

100. Quos iudicij imbecillitate, & imperitia laborare partim, partim superstitiosos esse dicimus.

101. Non enim si ipsi nullam agnoscunt, nulla est.

102. Nec statim ad superstitiosam fidem cofugiendum & ad opinionem de Dæ-

moniis,

moniis, si nos propriæ & singulares latẽt.
Vt *cum ignoramus, qua vi Zucharum prohibeat congelare butyrum dum conficitur : Item quo pacto cuprum coniectum in ferrariam fornacem, non sinit ferrum liquescere.*
103. Alij nos accusant temeritatis, fatẽturque esse quidem naturalem causam, at quæ sciri non possit omnino.
104. Veluti prætextus erat magi cuiusdam, qui curabat iumenta ægrotantia absens, tantum pilis inde acceptis, volebatque hoc credi naturale sine ratione.
105. Aut veluti in hopliatria quam si neges naturali connexione teli obligati & vulneris effectum præstare, nisi forte ex persuasione excitata imaginatione patientis, dici potest, eius naturalem causam esse etsi lateat cum multa effecta naturalia sint, quæ a nobis talia non possint agnosci.
106. Sed nos ita parum naturaliter sentiri dicimus.
107. Etsi enim formas cuiusque & crases proprias introspicere & iudicare physicus in singularibus nequit:
108. Quid tamen naturale sit & non, ex vniuersali scientia iudicat & pronunciat.
109. Mirum autem si quid naturale est, & sub nullo genere naturali comprehenditur; Mirum etiam vnde iudicentur talia esse naturalia, si nihil naturæ in illis potest
depre-

deprehendi, nisi quid natura sit, nondum sciat mundus.

110. Quod si sub genere aliquo est, necesse est, vt tum ex speciebus aliis iudicari possit, tum ex generi competentibus adiunctis, tum vt formæ materiæq; vel per se vel coniunctim consideratarum, & craseos inde dependentis viribus æstimetur.

111. Quod ad nullum horum reduci potest, id naturale non dicimus.

112. Inspicimus deinde etiam voluntarie agentia, eaq; pro cuiusuis conditione.

113. Quod si effectum cum his consentit, ab illis dissentit, quis sanus nos reprehendere velit, si iudicauerimus, naturali vi non effici, sed alia, quam, generalius loquentes, Dæmoniacam vocauimus?

114. A diuina voluntate syncere intellecta nunquam discedendum putamus.

115. At vbi illa vel non obstat, vel contrarium potius sentire videtur, superstitiosis somniis assentiri non possumus.

116. Aliorum autoritates ad veritatem rerum æstimamus.

117. Qui fascinatus amore alicuius hominis nihil potest verum putare, nisi cum præceptis verbis & opinione consentiat, eum iudicamus commiseratione dignum esse.

118. Sed rem aggressi dicimus natura in

esse cadaueri vim quandam, seu potentiam, qua valeat præsente seu amico seu inimico circa spiritus & sanguinem moueri, tunc potissimum cum antecessit in homine viuo motus talis actu, nisi impediatur.

119. Totus enim homo ita a natura conformatus est, vt cum potentiam ad aliquē effectum accepit, si ea prouocata in actum crebro fuit exculta, postea sponte sua ita moueatur ad causam lacessentem.

120. Δύναμιν ad sentiendum & cognoscendas artes habet homo, quæ exculta ipsum artificem facit, adeo vt dies noctesque ad idem feratur studium.

121. Et indicant ipsæ quoq; cogitationes, quod quem motum validum acceperunt spiritus, eum non facile dimittant, vt inde sæpe vel inuitus cogaris de aliqua cātilena vel simili cogitare obiecto.

122. Ita videmus, quod, in quem locum & quo motu humores semel atque iterum sunt ducti, eum postea etiam per puncta & articulos temporum certissimos, ni impediantur, obseruent.

123. Tales sunt motus sanguinis ad vterum, hæmorrhoides, nares, loca cucurbitularum, &c. Item motus seri ad locum in quem est deriuatum: superfluitatū corporis ad locū expulsionis in quibusdam statis dieb⁹ certo obseruatis: Talis erat bilis quæ
consue-

consueto tempore ad locum vomitus solebat redire in quodam.

124. Huc pertinent etiam certa lege recurrentes tum animi, tum corporis affectiones, nulla alia causa efficiente, præter naturam istorum, quæ prius δυνάμει inexistens aliquãdo in actũ fuit producta, & deinceps ita moueri solita, si obstacula abfuerunt, & solitum principiũ motus affuerit.

125. In affectibus videmus, quod commoueatur animus solito modo, si semel vehementer est incitatus.

126. Hinc inimicus inimico mouetur, amato amans.

127. Quanquam in hominibus variatio maior est, quia superior domina, quæ est Ratio, sæpe aliter disponit affectus.

128. Nec tam facile concitati humores & spiritus sedantur, quin etiam post reconciliationem, commoueantur similiter.

129. In bestiis apparet hoc purius: dum a quo infestius agitatus est canis, eius vel odore percepto, pristina rabie efferuescit.

130. Sed vt ad cadauer interempti redeamus quo pateat naturaliter moueri sanguinem debere & posse, dicimus: qui motus ante mortem vehementissimo in affectu fuit in corpore, eius vim & potentiam tam cito extinctã non esse, sed adhuc

in actum procliuem, data occasione, moueri similiter.
131. Alteratum enim sequitur naturam alterantis.
132. Et causa vehemens, vehementes habet impressiones: idq; quod imbecillis vix diu produceret, illa cito potest producere.
133. Sunt autem in cadauere, præsertim recente, residui spiritus, calor, humores, membra solida.
134. Solida indicium facere nequeunt.
135. Grandis enim vis ad eorum motũ requiritur, eaque, vt ad principia neruorum & musculorum intus promere motum possit.
136. Atqui talis in defuncto non est.
137. Quod ergo aptissimum ad motum est, id, si sufficit, potius mouebitur, principio mouente dato.
138. Vnde dicimus, spiritus, humores, caloremque in his moueri.
139. Spirituum motus, nisi ex accidente, sensibus vix apparet.
140. Subtilissimi enim cum sint, facile sensus effugiunt.
141. Nec si apparerent tam euidens facerent indicium.
142. Mouentur ergo vna cũ sanguine.
143. Non cum bile per se, nec cum pituita, Melancholia, sero aut aliis humoribus

bus qui insunt.

144. In sanguine enim primum videtur naturæ aliquis characterismus diuinitus positus.

145. Hic est spirituum materia & vehiculum.

146. Ergo ratione tum cognationis tum subiecti mouentur simul.

147. Ille ipse instar totius est.

148. Omnium enim membrorum potentias obtinet, cum omnia nutriat: & huius gratia solus per totũ corpus fundatur, quod præterea nulli est cõcessum humori.

149. Maximam analogian cũ vitæ causa obtinet.

150. Eo enim informato in corde, calor & spiritus vitalis per totũ disseminatur.

151. Inde is solus pulsu vndiq; mouetur.

152. In affectibus animi motum sequitur, ad fugam & persecutionem paratus.

153. Adeo vt sępe cogitata animi prodat.

154. Non tantum vi pulsifica, vnde taciti amores cogniti: sed & a centro & ad centrum locali motu.

155. Nec aliud quid videtur moueri in tali casu, præter sanguinem.

156. Poterant quidem & sudores prorumpere, incalente ad huc cadauere: poterant spiritus salire in arteriis & partibus subcutaneis.

157. Nec absurdum hoc futurum erat:
(*Nam & tela quidam, licet falso, putant sudare in hopliatria cum de morte vulnerati indicium facere volunt.*

158. At non necessarium est vt fiat:

159. Sudor enim indispositus est ad talem effectum motumque per se præstandum & patiendum ab agente percussoris, cum vitæ principium nõ attingat, nec cœtera obtineat, quæ sanguis.

160. Sed ad causam: Prima ea est quã diximus, nempe potẽtia in ipso subiecto secunda, quæ est potẽtia passiua seu mobilis.

161. Altera potentia quæ efficiendi est, extra sanguinem est.

162. Nam ipse seipsum non mouet.

163. Esset enim actus & forma: quod tamen Critias sensit, cum sanguinem vocauit animam.

164. Quod mouet aut intra cadauer est, aut extra.

165. Si intra: erit id quod notitiam habet & imaginationem.

166. Hoc videtur statuere Lemnius & Langius: quorum ille ait: Tanta enim est ac tam valida latentis naturæ vis atq; imaginatio modo aliquid vitæ supersit, &c. Hic videtur velle, quod aliquæ sensibilis animæ vires, cupiditatis videlicet & vindictæ in nondum putrescente cadauere sub

e ſubſiſtant.

167. Videntur & his aſtipulari qui ſanguinem dicunt animatum eſſe ex Scaligero ratione inſtrumenti & vulgi iudicio, qui emiſſum ſanguinem tremere ob vitam inexiſtentem putant.

168. Iuuari poterant ratione plauſibili, nempe quod quidem per externa ſenſuum organa nõ cognoſceret ſuum hoſtem præſentem adeſſe illa vis: ſed ſimiliter, ac illi qui etiam non viſarum felium verberantur radiis, atq; inde λειποθύμως commouentur: aut vt ille, cui, ſi malũ prope nares admotum fuiſſet, ſtatim copioſus ſanguis profluebat.

169. Verum neque Lemnij neque Langij ſententia videtur velle, vi imaginantis, hoc eſt, ſentientis & ratiocinantis animæ, quæ cognoſcat adeſſe ſuum hoſtem aut amicum, indicium illud fieri.

170. Ratio enim hæc primum in vere defunctis non valeret.

171. Poſtea ne quidem ſi adeſſet anima in corpore indeprehenſibiliter, vt ſupra diximus, imaginatio illa procederet.

172. Nam & imaginandi inſtrumentum ſæpe corruptum eſt: & in Epilepticis, Apoplecticis, & alijs nihil tale deprehenditur, quod tamen magis debebat.

173. Sanguinem autem animatum eſſe

per se, nemo hactenus comprobauit: *Nam si ideo dicendus sit animatus, quia instrumentum: omnes qualitates primæ, item serum esset animatū.*
174. Nec si in corpore viuēte talis esset, in defuncto animam retineret.
175. Langium intelligo de simili motu, cum dicat vires aliquas sentientis, non ipsam sentientem animam, cum, vt diximus, alteratio in sanguine facta sit ea per vindictæ cupiditatē, vt postea sua sponte sanguis ita moueatur, si prouocata fuerit.
176. Lemnius disiunctiua vtitur, duplicem causam complectente:
177. Nam in quibusdam vitę aliquid superesse consentaneū est, vt supra diximus. In quibus autem tale quid non est, in illis causam ait esse calorem, quo incitatus & ebulliens sanguis, efferuescensq; bilis cōmoueatur, quod nos exponentes dicimus accidere per similitudinē eius motus, qui erat in sanguine cōcitati, cū adhuc viueret.
178. Quod ad potentiam efficientem externā, seu quę est extra cadauer attinet, ea dupliciter exponi potest. (Physicorū.
179. Primo Magice secūdo vsitato more
180. Magica vis inanis tota esse, alibi demonstratur. (*Puto autem eam, qua volunt, quod verbis conceptis, signis, atque etiam ipso homicida moueantur continue subcœlestia vsque ad cœlum & astra, vnde cogatur intelligentia & genius*

-ius descendere, & motum efficere in postrato: quod aliqui nescio cui spiritui, sed temeraria persuasione, asscribunt: Quanquam aliqui mitius id e astrorum viribus interpretentur, quasi ex ipsa atione & homicidij momento vtriusq; astrum sit se mutuo alienatum, vt ita appropinquante eo qui habet influxum inimicum ad alterum, ex conentione virium influxus diuersi, oriatur motus sanguinis, præsertim cum sanguis ab homicida sit effusus, quam Magicam vanitatem etiam in hopliatria prætendere non dubitarunt.

181. Oportet hic ex vniuersali scientia prænotare, si non est motus sanguinis fortuitus: potest autē talis esse ob cœcas causas varias: atqui nihil signat certi:

182 Tunc nō quoduis posse sanguinem cōmouere, sed id quod determinatum est.

183. Adhibent autem in exploratione tum testes, tum ipsum qui putatur homicida, tum ceremonias quasdam solennes, vt adiurationē, impositionem digitorū in vulnus, qua sępe vi prolicitur sanguis & alia.

184. Ex quibus plurima sunt tantum inania spectacula, quæ nihil ad rem faciunt, nisi eo adhibeantur, vt non tam sanguinis interfecto, quam commotio animi in ipso percussore exploretur.

185. Solent enim eiusmodi obiecta animos cōscios cōmouere fortiter, & si nō in vultu, attamē in pulsu afferre mutationē.

186. Sed ſcopus principalis eſt experiri an præſens homicida per ſanguinis ex vulnere vel naribus &c. effluxum indicetur: creditumque eſt id fieri in multis.
187. Eſt ergo aliquid in percuſſore, quod motiuum & prouocatiuum ſit ſanguinis.
188. Illud eſt aut ratio qua eſt præſens: aut qua eſt percuſſor; aut qua magica commotione excitatur ſanguis; aut qua Spiritus quoſdam, tum ex perſpirabili corpore more ſolito emittit, tum qua animus conſcius agitatus longe vberiore vi halitus ad corpus notum, expellit.
189. Ratio qua præſens eſt, aut qua eſt percuſſor per ſe nihil habet virium, ſed tantum ex accidente.
190. Nam ita ſignarentur omnes, etiam qui lege interemerint; & ſiue homo ſiue aliud animal eſſet interemtum.
191. Magiam, vt ante in genere ita hic in ſpecie reiicimus Etſi enim diabolus poſſit procurare effluxum, in gratiam magorum; vanus tamen eſt prætextus, de quo ante:
192. Accipimus ergo rationem, quæ ex ſpiritibus ſeu halitibus interempti petitur, eamque dicimus eſſe cauſam moti ſanguinis in percuſſo, niſi quid impediat.
193. Procedunt autem iſti promtius in aere libero, puro, calido, non alterato aromati-

matibus aut aliis graueolentibus: & si accesserit fortis animi motus, & imaginatio percussoris.

194. Nam certa fere constat experientia, posse aliquãtulum dirigi expirationes per fortem imaginationem & aspectum eius a quo expirant, sicut in fascino & contagiosis morbis.

195. Nec fieri potest si verus percussor adest, qui scit se vere interfecisse (nam in multitudine fortassis aliquis se interfecisse ignorat quanquam gladio sit vsus) quin conscientia commota humores, spiritus & calorem suscitet.

196 Nec dubitandum est vim eiusmodi halituum vel totum conclaue posse peruadere, vt in his cernimus qui felium odorem sentiunt, item in canibus, qui ea odorant quæ reliquos omnes latent. *Arist. in 1. de anima tex. 14. Aliquando a paruis & debilibus exacerbamur passionibus: Et alibi in problematis: Principium etsi paruum sit tamen potentiam mouendi obtinet validam.*

197. Sic Magnetem mouet virtus ferri etiam per solidum lignum, vitrum, æs & alia, vt in compastis cernimus.

198. Quando ergo contactus fit halituum percussoris & spiritus qui in sanguine percussi residuus est, nisi obstet vis maior, ebullit, efferuescitque sanguis, & ex

vulnere egressus prodit percussorem.
199. Sed & prodit dilectissimo præsente, in quo paulo ante mortem renouatus affectus est.
200. Vnde videre est, quod etiã submersorum cadauera per nares stillent cruorẽ.
201. Similiter ac in viuis is solitus est moueri.
202. Argumento quod cuidam assidenti amicæ suæ sanguis ex vena prorupit, & magnitudinem affectus prodidit: Quodque apud Philosophum est de Ardeolarũ genere Pello, qui coiturus sanguinem ex oculis mittit.
203. Astipulatur etiam ratio inflammãdi amoris per aspectum in oculos amicæ dispositæ fixum.
204. Dum enim in tenerrima & manifesta oculorũ parte excepti radij facilimè ingrediuntur, facilime obsequentissimos primũ spiritus, postea sanguinẽ commutant, presertim in his quibus est tener fluidusq;, vnde cõsequi videmus tot mutationes colorũ in vultu animantium. *Bap. Porta lib. 2. mag. nat. cap. 28. Langius lib. 2. epist. 36.*
205. In hostibus exempla commoti sanguinis cum spiritibus sunt promtissima: vt eorum quibus ex labiis & aliis partib. prorupit humor iste.
206. In reliquis iratis flammei oculi, halitus

litus ignei, qui etiam in leonibus & draconibus obseruantur, & concitatissimi motus idem testantur.

207. Sed hic occurri potest variis argumentis, ex quibus primum est: absurdum videri cõtrarios affectus amorem scilicet & inimicitiã, neq; hãc omnẽ, sed eius tantum qui interfecisse creditur, indicari eodem sanguinis a cẽtro ad superficiẽ motu.

208. Dicimus effecti euidentiam omnem absurditatem diluere. Certum enim id experientia est.

209. Si de causa quæritur inuenimus, quosdam in amicis sympathian, in inimicis antipathian afferre.

210. Sed neq; hoc videtur sufficere, cum hoc ipsum contrarios potius indicet motus fugam scilicet in antipathia, persecutionem in sympathia, perinde vt in metu opposito fortitudini cernimus, hic quidẽ foras, ibi intro se recipiente sanguine.

211. Dicimus hanc esse naturam sanguinis, vt in omni affectu commoueatur.

212. Sunt enim affectus nec corporis tantum nec animæ, sed vtriusque.

213. Cum anima vtatur sanguine pro vehiculo & materia spirituum, quæ quo magis syncera est, hoc puriores gignit ipsos, quo pacto Philosophus voluit vim sentiendi & intelligendi in sanguine esse.

214. Eue-

214. Euenit vt quod profequitur animus, id etiam profequatur fanguis.

215. Eft autem tunc finis bonum aliquod & iucũdum quod apprehendere fatagit, fiue apparens fit, fiuę verum.

216. Atque tam in amore quam ira aliquod petitur.

217. Euenit igitur vt ratione generalis finis eodem modo in aduerfis animi affectibus moueatur fanguis.

218. Quanquam ratione huius finis cõfentanei potius affectus funt amor & ira, quam diffentanei: Sicut & ratione cauſæ efficientis propinquæ.

219. Ratione autem propriarum formarum difparati, quam contrarij.

220. Metus enim non amor aduerfatur iræ: cum cupiditas feu amor boni, licet diuerfi, in vtroque fpectetur: *Alij iram etiam affectum compofitum, ex dolore, & cupiditate vocant: At nos non perturbationem totam, quæ accidit hofte præfente, fed fpeciem & formam qua eft affectus talis confideramus, Nec dum exploratum eft an in fanguine illo interfecti primum fuga fit, poftea eruptio: nec hoc neceffe eft. Nam violentior motus in eruptione poteft maiorem impreſsionem & diuturniorem facere, ita vt ille obliteretur.*

221. Alterum argumentum, quod obiici poteft eft: quod non fit confequẽs, fi ifta in viuis fint, etiam in defunctis effe,

cum

cum absq; imaginatione & agnitione hostis fieri talis persecutio vix posse videatur.

222. Dicimus, quod in agentibus cum προαιρέσει id quidẽ fieri in eiusmodi actionibus necesse sit, at non in natura materiata, prout a Physicis Peripateticis accipitur.

223. Quarum actionum principium est rationalis anima, eæ sine anima non fiunt nec sine electione.

224. Quarum principium est natura, aut etiam sensualis anima tantum: in his προαίρεσιν, ob finem cogitatum, accedere necesse non est.

225. In defunctis non quidem dicimus eandem rationem motus esse, quæ in viuis est: sed similem.

226. Sanguis enim naturali instinctu, si incorruptus est, aut non valde alteratus, mouetur, principio hoc accepto ex violenta mutatione in viuo.

227. Idq; non alio nisi recens vehementer desiderato, ita vt impressa sit illi vis quædam καὶ κρᾶσις ἐπίκτητος ad hunc, & non alium moueri.

228. Quod sine agnitione fit, tantum effluxu aliquo, cuius vis antea viuum attigerat per intuitum aut etiam congressum.

229. Perinde vt Magnes qui ligulę compasti incumbit, adhibito ferro commouetur,

uetur, perinde vt mouetur ferrum, etiam si vix virtualis contactus, ceu fit per solida, accedat.

230. Nec vis illa in vlla alia re est quã in temperamento substantiæ, ad cuius imitationem alteratus est sanguis in percusso.

231. Nec dicendum est, ꝙ eiusmodi sanguinis motus in viuo omnino non sit.

232. Nam etiam sine imaginatione & noticia hostis vel amici commouetur similiter, & pro consueto, vt supra diximus: *& huius aliqua declaratio est in illis qui citra hostem pulsu cytharæ hostiliter commouentur, quod de Alexandro & aliis scriptũ legimus. Sic qui iucũdam vel aliam cantilenam audiuerunt fixius, illis vel invitis hæc recurrit: Tale quid fit in somniis de diurnis gestis.*

233. Atqui si in viuo mouebatur citra vim imaginationis, eo quod semel cõfertim, vel sæpe debiliter factum est, cum tamen affectus sit restinctus: ex natura tali pronunciamus, ꝙ eandem potentiã multo magis post mortem retineat, vbi recens motus alio motu non potuit aboleri.

234. Non enim cessat esse sanguis statim a morte.

235. Ergo nec natura eius cessat.

236. Rationem quidem amisit, qua dicebatˉ hominis per se sanguis & animalis: (iam. n. non amplius hominis, nisi homonymos

nymos eſt) at rationem naturæ ſuæ nondū perdidit, ceſſauitq; ita agere vt ratio animalis & hominis requiſiuit, ſed vt natura ſua vt dictum eſt, non ceſſauit eſſe.

237. Proinde quod propriæ vires, quæ membris affuerunt aut rebus in vita, poſt eam non ſtatim intereant, patet ex multis.

2,8. Primum quidem exempla de ſanguine in promtu ſunt: Qui ſanguis in menſtruata nocuit, is ſeparatus ab eadem pariter nocet.

239. Hircinus ſanguis, quam vim in ipſo hirco acquiſiuit & obtinuit, eandem hirco occiſo retinet quod apparet in frangendis calculis.

240. De amore certum eſt, quod quem viuum Imperatoris cuiuſdam vxor vehementer deſiderauerat, eius occiſi ſanguine poto affectus fuerit reſtinctus, vtpote veluti totius viribus exaturatus. *Iulius Capitolinus in vita Antonini. Langius lib. 1. Epiſt. 24.*

241. Sanguis viperinus venenatus eſſe traditur, (*Plin. li. 11. cap. 53.*) vt & ſanguis leproſorum in viuis: ſumatur a morte cū integer adhuc eſt, eędē vires deprehēdentur.

242. Odio naturali diſſentiunt in vita Ægithus & Florus, Ariſtotele, Plinio & Plutarcho teſtibus: at horum ſanguines a morte miſceri non poſſunt.

243. In quo exemplo etiā motus ſimilitudo exprimitur.

244. Fortaſſis, ſi periculum fieret, in-
teremti & veri percuſſoris ſanguines ſimi-
liter non miſcerentur, ſed confuſi ſepa-
rarentur.

245. Faſcinati ſanguis etiam poſt obitũ
eſt peſtifer, nempe veneno per faſcinum
in eo genito, ipſoque corrupto, vt ſit qua-
ſi peſte infectus: *Quo pacto & reliquiæ carniũ
a lupo voratarum cornici traduntur mortifera ab
Aeliano.*

146. Si vere ſcripſit is qui Thalmud Iu-
dæorum confecit, nihil habetur manife-
ſtius. Etenim dicitur Zachariæ in tem-
plo occiſi ſanguis, etiam poſtquam in la-
pidis duriciẽ concreuerat, Tyto Hieroſo-
lymam capiente, ebulliſſe feruore quo-
dam concepto, atque ita prodidiſſe ſcele-
ratos homicidas.

247. Addita eſt huius feruoris declara-
tio ſimilis, qualem etiam Deus de ſangui-
ne Abelis edidit: Sanguis fratris tui cla-
mat ad me de terra. Nam dicitur vox au-
dita, quæ iuſſerit milites, litarent ſanguini
iſti ſanguine ſacerdotum, atque ita com-
peſceret ebullitionem, quæ non prius ceſ-
ſauit quam interemtis omnibus. Plura
poſſent afferri de ſanguine, ſi liberet.

248. De aliis obruimur copia. Notiſſi-
mum eſt ouium & luporum diſſidium in
viuis: at de horum pellibus ex Oppiani
lib

lib. 3. & Boethio refert Langius lib. 2. Epi. med. 55. quod tympana ex illis confecta & pulsa cõcordent nunquam, sed dissipetur alterum. Quod ipsum de fidibus quoque memoratur. *Vide quæ de lupi stercore & cauda in præsepibus occultata, Mizaldus Cent. 8. hist. 4. retulit. De Concordia fidium cytharæ & testudinis Mizaldus Cent. 5. hist. 17. Vide & Cardanum lib. 18. subtil. Et Fracastorium lib. de symp. Scalig. & alios.*

249. Vitis a brassica non desiit dissentire post arefactionem: & cinis vstarum cantharidum æque mouet & exulcerat vesicam, ac non vstarum, ne igne quidem eam vim delente. Nutriunt Gallinas viperæ carnibus, carnes Gallinę rursus datę accipitri, veneno concepto, illi plumas deiiciunt, ne coctione quidem mutata illa vi: Sic veneno nutrita puella tãtum vim eius retinuit, vt intuitu esset instar catoblepæ aut Basilisci. *Io. Bap. Por. in mag. nat. ca. 28. li. 2.*

250. Nolumus pro certo affirmare: asserunt tamen aliqui, quod duorum hostiũ sepulchris contiguis impositæ rosæ, postquam adoleuerãt, licet studiosissime connexæ fuissent, tamen non potuerint vna manere. Contra de duorum amatorum itidem sepulchris impositis rosis refertur, quod diuelli non potuerint.

251. Nec proficit qui obiicere velit, ista

aut dubia esse, aut ab ortu crasi ꝓpria dissensisse: Hostes vero duos vel momentaneo affectu discordes factos, vnde actio in habitum transire facile non potuerit.

252. Primo supra responsum est: vehementem caussam efficere id paruo tempore, quod non vehemens in magno vt Philosophus de animalibus & aliis in aere genitis testatur.

253. Postea experimenta mundi euertere, & nihil pro vero habere, nisi experiaris ipse graue est. Fiat autem periculum in interemtis fulmine & de morsis a cane rabido, & aliis quibus manet quidem a morte vis veneni & deleteria, at ab ortu eam non habuerunt. *Mizaldus cent. 1. hist. 69. & 5. hist. 38. & 62. & cent. 7. hist. 99. Plin. lib. 11. cent. 53.*

254. Testatur & hoc experientia, quod longe efficaciora sint quædam a morte quam ante mortem, potissimum, si prius stimulata fuerint animalia, sicut in veneno scorpij, aspidum, bubonum, canum rabidorum, &c. videre licet.

255. Sed his non contēti quidam requirent effectum idem in aliquo simili naturali: videntur enim dicta suas vires quasdam alias a motu humorum obtinere.

156. Illis satisfacere quidem debebat discordia sanguinis Flori & Ægithi. Verum satisfacit etiam argumētum a pari aut mi-

nore

nore. Cum enim vires post mortem durare animaduertamus in multis: de sanguine similiter statuendum esse effectu dato; probabile est. *Ne quid dicamus de gemmarum quarundam sudoribus Bufonij scilicet præsente veneno, &c. item de aliis, quæ traduntur certo dissilire, eo qui gestat inceste viuente, & Topasio sanguinem sistente & Iaspide.*

257. Inuenias alios qui opponant cæsum canem, qui similiter deberet cruentare, in quo nos dissimilitudinem generis obstare dicimus, & indispositionem sanguinis canini ad alterationem accipiendam.

258. Si canis canem violente interemit, an tum quoque cruentatio accidat; nondum est exploratum. Verisimile tamẽ est non fore: q in cane tam firma impressio esse vix possit: & prouidentia videtur sanguini humano indita esse facultas ista; vtpote quem effudisse refert, ibi non refert magnopere.

259. Sanguinem autem humanum habere peculiare quid etiam Plinius indicat; cum dicit, quod in quibusdam confossis non profluat. *Scilicet antequam a corde reuocetur: Nam intra primum ad cor rapitur, postea inde redit, id quod indicat color pallidus, & tremor primus in commouendis ira, vnde ex duplici affectu totus ille motus compositus vocatur. Sicut in aliis quoque multi concurrunt.*

260. Tertium quod opponi poterat, est raritas ipsius effectus. Nam si sanguinis est hæc vis naturalis, vt possit moueri, eo motu quo consueuit anima præsente: in cadaueribus autem plerisque est integer & incorruptus: qui accidit, vt non omnia cadauera signent?

261. Causam huius aliquam recitat Bodinus, nempe qnod putauerit quidam id ideo fieri, quia quidam vindictam retinuerint vsque ad mortem, quidam abiecerint cupiditatem eius.

262. Nec improbabilis hæc est. Nam noua alteratione interdum tollitur vetus, præsertim si fuit non ex prima crasi, sed ἐξ ἐπικτήτου.

263. Sed non sufficit hæc ratio in omnibus.

264. Nam quidam etiam statim mortui non signant, quidam etiam postquam aliquandiu vixerint, & sanguine procul dubio ex vi morbi sint alterati, tamen signāt.

265. Dicimus igitur alia quoq; impedimenta esse inspicienda, siue ea in corporibus, siue extra sint.

266. Requiritur enim vt sanguis sit fluxilis, qualis est maxime arterialis.

267. Crassus igitur & concretus non profluet.

268. Requiritur & calor, cum frigus con-

consistere faciat & inspisset humores, atq; ita prohibeat motum.

269. Itaque aut dum calet adhuc cadauer inducatur reus, aut ambiente vapore calido tepefiat.

270. Insuper viæ non obstructæ, maximè in alto.

271. Nam vbi via non est, ibi retinetur motus idque in alto melius: si quidem obligata alioquin vulnera solent cruentare, tantum prætereunte, nec tangente cædis autore.

272. Oportet etiam vt vulnus sit factum, idque in parte sanguinea.

273. Quanquam enim per nares quoq; cruentare, vel aures vel alias partes soleant quædam: tamen id difficilius fieri potest in illis in quib. nihil fractum aut ruptum est, veluti in suffocatis, aut illis in quibus neruus cõpunctus conuulsionem lethalẽ attulit, aut qui veneno sunt sublati, de quibus aliqui aiunt, quod etiam cruentent: quod tamen certi nihil indicat.

274. Etiam non effluxisse ante omnis sanguis debet, aut tanta copia vt vix aliquid insit.

275. Altitudinem enim vulneris non assequitur, nisi legitima sit copia, aut si conclusus in loco remotiore.

276. Erat tamen vtile tum in his tum in

integris aut obstructis, diligenter contemplari loca extantium arteriarum, vt circa tempora, flexus cubitorum, &c. item præcordia; similiter extremitates manuum & pedum.
277. Nam in his, si aliquis motus intus fit, facile sentitur.
278. In quibus sanguis corruptus est, aut fortiter alteratur in his aut nullam aut obscuram signationem fieri necesse est.
279. Itaque si arefacta manus cruentat, aut aridus sanguis in veste abscissa, illud si factum est, diuinum potius est quam naturale.
280. Quanquam indicationē tunc summam esse ex mutatione percussoris, verisimilius est.
281. Cuius gratia debebat fixis oculis intueri cadauer aut aliud quid, cum frequente appellatione interfecti, & criminis exprobratione, tactu quoque arteriarum.
282. Si non recte sita sunt cadauera, hoc quoque aliquid impedimenti afferet, fluxu libero impedito, vnde initio statim æqualiter locari interemtus debet, videndumque ne in vulnus cadat.
283. In externis est vestitus rei, qui sæp eo est odore, vt tum homines tum besti ex eo agnoscant personam: consentane

eſt aliquid ſpirituum inde quoque ad vulnus penetrare poſſe. Vnde videtur eſſe cōſequens, vt eodem veſtitu, ſed non alterato odoribus fortibus, accedat reus.

284. Circumſtantes etiam vaporibus aut odoramentis validis careant.

285. Nam quanta vis ſit in odoribus ad mouendum ſanguinem, apparet in plurimis, præſertim in eo quem malorum odor cruentantem faciebat.

286. Inſuper ἰδιοσυγκρασίαι quanquam rariſſimæ ſunt: tamen euenire poſſunt (Peucerus de incantatione) vt alter ad alterum vim quandam habeat, qua ipſius motus torpidos faciat, ſicut torpedo. *Memoratur ſimilis quædam hiſtoria de duob. contubernalibus, quorū alteri cum Medicus dediſſet pharmacū, non hic ſed alter ſenſit effectum donec ſepararentur.*

287. Conſpicuum id eſt in quibuſdam, qui præſente certa perſona omnem agilitatem amittunt, cū ea abſente ſat ſint mobiles. *Et ita explicant quidā hiſtoriam Marij Minturnis capti, cum ad eum ingreſſus percuſſor nō poſſet perficere quod cogitabat: Et de Iulio Pflug, inimicoq; eius audiui narrationem ſimilem, &c. Quidam hoc referunt ad genios vtrorumq; diſſentiētes.*

288. Idq; obſeruandum, tum in reo, tum in aſtantibus ne quis interſit quem valde reueritus ſit interfectus cum in viuis eſſet.

289. Animi enim motum ſequuntur humo-

humores, & vt dictum est, aliquid peculiare inde trahunt.
290. Impedit contactũ nimia distantia.
291. Cum enim finitæ rei vires in infinitum non producantur.
292. Necesse est vt patiens sit intra terminum agentis.
293. Si magiæ suspectus est reus, vel eius amici, ne ligatus sanguis hæreat timendum est.
294. Itaque ne temere fiat periculum, exploretur conditio vitæ eius, cognati, socij & studia eorum, & supellex vestesque eius excutiantur: cadauer esto nudum, & sine pharmaco aut vnguento.
295. Verisimile est si serio cum eo colloquaris & alio auertas a præsente scopo, irritum fore effectum magicarum sortiũ quas intendere poterat.
296. Impedietur enim attentio seu directio magica in recitatore, nisi ante recitauerit sortes, quod tamen anteuertetur si de improuiso inductus fuerit.
297. Succurrit etiam hoc, quod videantur crebro inducendi esse tales, qui valde sunt suspecti.
298. Nam experientia testata est, non potuisse verum percussorem diu aspicere interfecti cadauer, sed vehementer fuisse commotum. *Huc pertinet historia Bodini de rege*

rege quodam, qui in ſacris magicis iubens puero caput abſcindere, eius intuitu in rabiem eſt actus, ſemper obuerſante ipſi imagine capitis. Vide & quæ ſequuntur, lib. 2. cap. 2. Dæmonomaniæ. Inſpice & hiſtoriam Theodorici regis Gotthorum.

299. Obiicitur autem etiam hoc inter alia, quod ſæpe fefellerit iudicium, quodque non verus ſed alius quiſpiam ſit ſignatus.

300. Hoc dicimus accidere poſſe, ſi intimus interfecti amicus, quem paulo ante mortem conſpexerit commiſerantem, vna fuit ingreſſus. Remoueantur ergo tales.

301. Quod ſi verus percuſſor quoque vna affuerit, at citra ſuſpicionem cœdis, indicium ab hoc deuoluitur ad alterum qui in ſuſpicione eſt.

302. Interdum accidit vt in feruore cõtentionum cum alio egerit, ſit autem clam interfectus ab alio: tunc fieri poteſt, vt verus percuſſor non ſignetur. Patebit hoc diligenti inueſtigatione.

303. Plures percuſſores ſignari ſolent æqualiter, etiam tunc cum aliquis per alterum peregit cædem, conſcio tamen eius rei interfecto. *Cuius accepimus duplicem hiſtoriam a Magnifico viro Domino Iohanne Stromero*, I. V. D. *& ordinario in noſtra Academia.*

304. Suſpecta etiam hic debet eſſe Magia, qua poteſt in alterum tranſmitti ſignum.

305. Videndum etiam ne proprietate quadam aliquis ſit, ad quem omnia cadauera talia ſanguinem ſtillent.

306. Et inueſtigandum num quod acre medicamentum ante mortem ſumſerit ſauciatus.

307. Aut num aliqua externa vi totum corpus ſit commotum: ſeu qualitas ambientis, quæ poteſt immitti vna cum ingreſſu, reſeret meatus, & ſanguinem ſubtiliatum prouocet: aut aliquid calidius incubuerit vulneri &c. cum talibus facile ſanguis irritari poſſit, & falſum iudicare.

308. De diſpoſitione humorum in interfecto etiã quæri poſſet, num hæc quoque aliquid conferret.

309. Videas enim alios ſanguineos, alios Melancholicos, phlegmaticos, bilioſos: maciatos, ſucculentos: & quæ præterea in aſſequẽda iudicij certitudine conſiderari debent.

310. In ſexus reſpectu, mulier mulieri congruit magis: vir viro: at ratione generis, quia homo vterque ſignum naturaliter & per ſe non debebat omitti, licet aliter in alio.

311. Non enim hic res variatur, ſed rei aliquod adiunctum.

312. Quod ſi iſta vel ſingula, vel potiſſima animaduerſa fuerint, debebat certiſſimo indicio conſtare reus, ſicut ex lumine colligimus Solis præſentiam.

313. Effectus enim ſuam cauſam infallibiliter notat, idque aut ſemper aut plerunque & ſæpius niſi dicta impedimenta aſſint.

314. Quod ſi ſcrupulus in aliquo ſit, in pluribus certitudo, violenta coniectura capi bene poteſt, de qua ſentiunt Iureconſulti, quod ſufficienter accepta, efficax ſit ad exprimendam per tormenta veritatem. Sed hæc ipſorum committimus induſtriæ.

ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΑΙ-
ΜΑΤΟΔΕΙΞΕΩΣ ΘΕΜΑ-
των ἐξήγησις.



OLENT homines non stulti, eorum, quæ ipsis rara miraque occurrunt, quorumque perspicere causas nequeunt cõsiderationem, explicationemque commendare illis, qui in rerum arcanarum cognitione non nihil profecisse creduntur, quique præ cæteris in hoc incumbentes, studium id, quasi suum fecerunt. Itaque si quid Theologici est, ab huius studij professoribus expectant declarationem; Si quid in natura euenit, a scientia naturali deditis: Et omnino quoduis a suæ artis magistro. Neque hoc immerito. Quẽadmodũ enim nemo est, quin de lacera veste resarciẽda, aut noua concinnãda, non fabros ferrarios, sed sartores in consilium adhibeat, ita æquum est in aliarum rerum difficilium inuestigatione fieri, vt artificum iudicia, peritorumque censuræ potius, quam aliorum requirantur: pronuncietque Theologus de Theologicis, Iureconsultus respondeat de iure, Physicus disserat de naturalium miraculis. Vtinam istud inter nostros

nostri

nostri seculi homines, non dicam perpetuo, sed vt plurimum, nec a vulgo, sed illustrioribus obseruari contingeret, & non pœniteret me physicum, si iure id mihi assumo, in quo discendo ætatem fere contriui, de physicis, & interrogatum respondere, & sponte mea nõ disserere tantum sed & per literas ea posteris tradere, vt quod nostro æuo cognitum esset, veterum exemplo, illis commissum, de perpetuo naturæ cursu, & veluti æternitate causarum, effectuumque vniuersalium; mira etiam variatione singularium, testimonium perhiberet. Sed mire peruersi sunt hominũ mores, & iudicia; De arcanis naturę interrogantur respondentq; quilibet. Et præsertim illi in admiratione sunt, qui τῆς θεουργίας. Supercilio de quouis iudicare non verentur. Recte illi quidẽ effecta omnia bona asscribunt Deo fonti omnis boni, mala vero ipsius aduersario & hosti. At sæpe turpiter errant irridendo physicum de causis propinquis disserentem, quibus mediantibus Deus in natura operatur; cum tamen nemo eorũ adeo vesanus sit, quin de panis pisti causa propinqua pistorẽ respondeat; qui operetur interuentu ignis lignorum & aliorum instrumentorum. Quidam delirant adhuc magis. Plane enim peruerso iudicio, quod Deo erat asscriben-

Prauum studium vulgi, interrogantis Theologos de physicis, Sicut de sanationibus medicorum aniculas.

Theologi de naturalibus non recte iudicantes.

Quidam effecta præcla-

rã Diabolo potius quã Deo asscribunt.

ſcribendum, referunt ad ipſius hoſtem. Nam contingit miracula rerum perpetrari per debitam cauſarum naturalium agentium cum diſpoſitis patientibus applicationem, adeo occulte, vt videatur ab ipſorum oculis remotiſſima cauſa: non latentem naturæ vim, quæ diuinum diuinæ potentiæ inſtrumentum vocari merito poteſt; non ipsá diuinam virtutem id operari aiunt, ſed plane Diaboli machinamentum eſſe blaſphemant. Horum hominum tam in ſacræ medicinæ effectis, quam in naturæ miraculis ita pronunciantes multos eſt inuenire: Et ne res exemplo careat; in hac ipſa materia, quam tractandam ſuſcepimus, plurimi (nam de peritis recteque diſcernentibus inter ſcientias, nec de eo, quod nunquam cognouerunt, temere garrientibus ſermo non eſt) Diabolo aſſcripſerunt, qui in natura ita a DEO inſtituta fundamentum habet. In χρυσοποιΐα ſimiliter iudicant plurimi. Cum enim audiunt, imo & vident artifices eam medicinam ex metallicis producere, quæ adhibita induſtrie miraculi inſtar ſanare poſſit, & a vitiis expurgare non humana tantum corpora, ſed & poſtquam adducta ad vim ſummam eſt, metallica ſtatim proferunt, Diaboli id effectum

eſſe.

esse. Quis autem quæso est, qui tale quid non optimum esse in tali natura pronunciet, nempe recte valere ad exequenda munia DEO & proximo debita? Item adminiculis huius vitæ ita instructum esse, vt & ipse mediocriter viuas, & reliquis inseruias; agnoscas etiam mirabilem Dei, quam creaturis tribuit, virtutem? At si hæc effecta bona etiam malæ causæ quomodo erunt? In sacris literis valetudinem commodam a Deo solo dari exempla testantur. In illis ipsis, vna cum experientia cognoscimus hostem Dei non nisi fœditates, morbos, crucesque homini parare; Et si parumper leuat morbos, grauiore tamen malo plærunque affligit, nisi permissum illi quid diuinitus est ad finem bonum. Sed cur quæso Diabolus possit homini hanc vim concedere, vt tam efficacem medicinam præparet DEVS autem non possit? Quot autem sunt numero, quos Diabolus aut sanauit aut ditauit? Sed de hac peruersitate plura dicturi sumus, cum ad metallica nos conferemus. Alios inuenias superstitionibus adeo deditos, vt etiam ea, quæ fere manibus palpare possint, & oculis videre, præ ignorantia aut dubitatione stolida, asserant ex occultis nescio quibus causis prodire. Itaque in omnibus

Omne bonũ profectum a Deo.

Quidam etiam manifesta reducunt ad occultas causas.

fere

Vis Magnetica.

fere agnoſcunt neſcio quas occultas proprietates, & virtutes magneticas, quaſi naturali quadam conſpiratione cęleſtium cum elementaribus, & rerum cognatione inter ſe fieri poſſit, vt per aliquot millia ſtadiorum vnicum verbulum, aut herbula quædam, quæ tamen niſi naribus admota, vix odore ſe prodit, immenſas poſſit exerere vires, atq; adeo a cœlo deuocare lunam. Simplex iſta & ſtolida credulitas proculdubio ex magorum diabolicorum exorta eſt ſuperſtitione; qui vires eas verbis tribuerunt, & ceremoniis vocatis, quas ineſſe & incredibile eſt, & nulla experientia citra magica incantamenta comprobauit. Plurima etiam ex impietate monaſtica, quæ perſuadere pietatis cuiuſdam prætextu & lucri ſtudio omnia hominibus tentauit, aut etiam impoſturis nebulonum, ſunt exorta. In iſta autem ſi diligentius inquiras, inuenias aut effectu vana nullaque, aut cauſas alias veluti in Hopliatria oſtendimus. Quocunque autem modo quis de noſtro inſtituto iudicare velit, & effectum ſeu Deo ſeu genio alicui, aut neſcio cui occultæ cauſæ aſſcribere, a nobis alienum eſſe non putamus, inveſtigare num quæ cauſa naturalis datum effectum cruentationis in cadauere per vim iniuſtam a latrone, vel alio hoſte nocenter in-

Scopus tractatus huius.

ter in-

ter interfecti ad præsentiam sui percussoris procreet. Nam & muneris nostri studiique id est, & sæpe ad hoc & similia inuestiganda a plurimis prouocati sumus. Nec refert si Theologus quis contendat iudicio quodam diuino indicationem facinorosi ad poenam fieri modo nobis ex natura loquentibus de eodem effecto aliquid relinquat loci. Nec tam temerarij sumus, vt tanquam demonstratum asseramus in omni singulari facto, non aliam præterquam quæ nobis videtur esse, causam. Quis enim neget diuinitus, aut virtute genij alicuius aut etiã causis accidentariis, & fortuitis posse produci effectum similem naturali? Aquæ in decliue labentis ope, vtuntur ad uersandas molas: at idem etiam seu ventorum impulsu, seu animalium tractu fieri potest, ne de occultoribus virtutibus dicam. Satis est physico ostendisse effectum talem esse causarum naturalium, aut semper aut plærunque. Et si non semper respondet euentus: non ideo naturæ motus negandus est, siquidem ad vnum sæpe effectum raro omnes causæ concurrunt; quod licet ex illis æstimare, quæ pro miraculis & portentis habentur, ob varietatem, cum causas in natura habeant: at raro ad effectum talem dispositas, aut om-

Theologus interrogatus recte respondet Theologici: physici ita vt alter alterum non euertat: Vnius effectus varia causa.

Cur non semper posita causa vnus effectus sequatur.

Declaratio thematum. nes paratas. Sed ad ipsa themata. In horum vestibulo statim monemus, nos probabiliter de re velle differere, vt quis credere possit, si talis sit effectus, talē naturalē causam esse, nec semper recurrendū esse ad nescio quæ occulta. Deducimus autem rem ita, vt his positis, illud sit vel possit esse idque vniuersali contemplatione nihil curantes, si quod singulare factum non respondeat, Sic enim omnes physici consueuerunt; veluti si quis disputando cōficeret, naturæ modo mundum non potuisse oriri: interim nihil curans an alio quodam veluti artificiali, aut diuino ante inuentam naturam sit confectus.

Thema. 4. Homo scit ex præcognitis. Deducimus thema 4. ex diuisione quadam generaliter cognitorum. Quæcunque humanus intellectus cognoscit, eorum scientiam sibi acquirit ex præcognitis primis. Non enim absolute est res ipsa ita vt omnia, sicut Deus, sibi habeat exposita secundum quod sunt, essentiis singulorum in hoc vno conuenientibus, & ab eodem dependentibus veluti puncto, quod complexum sit omnium essendi rationes. Ex quo fundamento intelligitur *Omnium τὸ εἶναι a Deo.* quodammodo illud: In Deo viuimus, mouemur, & sumus. Et quod dici solet: Deus est solum, simplexque ens, nec primū nec secun-

ſecundum; ſed ens ſimpliciter; ſiquidem quod ſunt reliqua, id Dei τῷ εἶναι referunt acceptum; qui ſi non eſſet, nec alia eſſent. Hoc autem dicimus περὶ τοῦ εἶναι ſimpliciter, non quali eſſe: quanquam etiam bene eſſe ſit ab eo ipſo. Hominis talis conditio non eſt. Siue enim ante ingreſſum in corpus platonicas migrationes confecerit anima, vt poſtea nō diſcat ſed viſa ante & cognita recordetur: ſiue ante corpus non fuerit, neceſſe eſt vt cognitionem ſibi acquirat forinſecus ex præſuppoſito ſeu præcognito aliquo. Hoc vero quale ſit attēdendum eſt. Thema 1. ex 1. anal. poſt. 1. tranſcriptum eſt: vbi ita inquit philoſophus. πᾶσα διδασκαλία. καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως. Vbi interpres Themiſtius & Philoponus τὸ διανοητικὸν apponunt τῷ αἰσθητικῷ: Ramus vere τῷ νοητικῷ: quaſi iudicium αὐτόπιστον ſit νοητικόν: id vero quod de dubiis per ſyllogiſmum patet, διανοητικόν: vt ita alterum alteri ſit oppoſitū? Sed nos etiā περὶ νοητικοῦ pronūciamus, quod nulli ſit cōnatū niſi ſecundū δύναμιν. Nam omne ex ſenſibus habetur per inductionem a ſingularibus collectū. Singularia autē nobis ſunt ſenſilia, nō logica: vt oſtendimus in diſputatione aduerſus Zabarellā. Ita ergo applicamus ad hæc noſtra iſtud ἀξίωμα: ꝙ neceſſe ſit iu-

Locus philoſophi de præcognoſcendis.

Homini innata notitia intellectus multa.

dicium omne sumi ex aliquo præcognito, siue id sit sensile, siue intelligibile. Nam a sensibus accipiuntur phantasmata, quæ fiunt obiecta mentis; ex quibus consideratis & intellectis oritur iudicium veri falsiue. Et vtriusque seu necessarij seu probabilis: vnde postea nos deducimus, cum verum velimus assequi neque tamen necessarium possimus obtinere probabile nobis relictum esse. Duplicatur autem Thema 1. vt & argumentum quod est in 2. Nam præcognoscimus aut certo, necessarioque, veluti cum oculis niuem hanc albam cerno: seu cum mente reconditum habeo scioque omne animal esse sensitiuum: aut præcognoscimus incerto & dubio modo isthinc exurgit iudicium certum; hinc fallibile; prout veritas & opinio, necessitas, & probabilitas inter se habent. Similiter aut præcognosco, aut non: ex illo iudicium aliquod est ex hoc nullum. Quid enim iudicem, cum nihil, de quo iudicandum sit, extet? Quid intelligat mens deficiente phantasmate, aut intelligibili? Sed cur in hac materia iudicium sit probabile, causa redditur, quia præcognitum sit dubium. Causam iudicaturis, effectum necesse est notum esse. Nam effectus arguit causam. Iam auté effectus non sat exemplo.

Intelligibilis ortus per naturam ex sensu est in his quæ sentiunt.

ploratus eſt; Non quidem ſimpliciter: Nam hoc videtur, oculis notatum: Sed cum exactis circumſtantiis, quæ nos deducere ad cognitionem cauſæ vnius & & perpetuę poſſunt. Nam euenit non raro, vt idem effectum a pluribus cauſis prodeat; veluti calorem excitat & motus, & flamma, & antiperiſtaſis. Ignem perimit extinctio ab aqua, vel ſuffocatio, vel marcor deficiente nutrimento. Itaque vt vt conſtat factum quid eſſe, ſi tamen ignoretur quomodo, dicimus nondum ſat cognitum eſſe effectum ad cauſæ propriæ inueſtigationem. Id nolebat Ariſtoteles cum ſcientiæ quatuor quæſtiones præmitteret εἰ ἔστι, τί ἐστι, ὅτι ἐστί, καὶ διότι. Sed ſequentes propoſitiones ſatis iudicant præcogniti incertitudinem Nos ipſi ex multis iudicibus & aliis qui adhiberi ad talē cognitionē ſolent, quæſiuimus num vnquā tale quid eueniſſet in cadauere per vim latronum vita exuto. Negarunt. Rurſus autem etiam quoſdam fide dignos & ſcribentes, & verbis coram affirmantes factum, cognouimus. Stillaſſe ſanguinem cadauera multi meminerunt, nec id ignotum eſt veſpillonibus. Et euenire ſolet oppreſſis ruina, vulneratis, plethoricis, quos apoplexia ſanguinea interimit; aut peſte ſublatis. Sed ibi nemo ſigna quærit, niſi vul-

Idem effectus pluriū cauſarum.

Cur iudiciū defacto hoc probabile.

garia, ruptam ſcilicet venam eſſe; ſanguinē commotum ex vulnere prorumpere. Itaq; non immerito dubitatur de ſignatura interfecti. Et quid mirum, ſi vulneratus cruentet? Adde quod cogant quidam præfecti, cū qui reus eſſe creditur, digitos in vulnus inferere, & conceptis verbis iurare; quo facto ita ſæpe laceratur vulnus, vt ſi vel gutta ſanguinis inſit, eam exire ſit neceſſe. Quæ ergo fides rei? Inſuper non pauci falſo ſignatum depræhenderunt. Et recitata ſunt nobis exempla: ita vt quidam primarius Theologus, amicus ſummus noſter ſæpe mihi dixerit, ſe fere adduci eiuſmodi exemplis, vt credat Diabolum illudere iudicibus, & hoc operam dare, vt innocentes obiiciant ſupplicio, quod eo facilius obtinere poſſit, ſi efficiat vt ſemel atque iterum vera ſit ſignatura, quam poſtea in plurimis fallat. Sed ſiue fiat hoc, ſiue non: ad præſens non curamus. Proponimus effectum nempe cruentaſſe ſiue vnum ſiue aliquot ad præſentiam interfectoris cadauera. Et eam cruentationem fuiſſe ſignum hoſtis & ex conſequente iniuriæ ab hoc illatæ. Idque duplici argumento; ex quibus primum eſt teſtimonium probatorum hominum alterum δύναμις naturalis; quam phyſici eſt oſtendere in ſubiecto eſſe: etſi

Violenta ſanguinis prouocatio.

G. M. Th.

Propoſitio.

etſi non in omni ſingulari ad effectum perueniat, aut non in omni ſit. Nam cauſæ ſunt, vt ſit; Sunt etiam vt non ſit ſicut teſtabuntur ſequentia. Ad factum conteſtandum faciunt illi, qui ipſi interfuerunt, aut ex fide dignis acceptum in monumenta ſua retulerunt. Inter iureconſultos commemorantur D. Paris de puteo. Hyppolytus in conſiliis, Angelus de homicidio. Neuiſanus; Boethius, & alij tum veteres tum recentes, qui etiam iuris ſolennem quæſtionem de hoc ipſo ſolent inſtituere, & ex facto coniecturã aliquam violentiæ capere. Meminit eiuſdem etiam Bodinus in Dæmonomania. Sunt qui Platonem teſtem ex dialogo Phedone, aſciſcant; vbi dicit quod animę defunctorũ circa terrã errent vnde eueniant ſpectra licet idẽ in fine eius velit, homicidarum animas in tartarum demergi, vnde nunquam emergant, moratas autem ibi annum per cocytum & pyriphlegethontem emitti ad Acheruſiam vbi deprecentur culpam ab interemptis. Leuinus Lemnius in 2. de occult. nat. mir. cap. 7. idem factum recipit, & pro ſtupendo agnoſcit: vbi dicit inter præcipua, quæ nobis ſtuporem inferunt, illud eſt, quod ſanguis ex vulnere interemti profluat præſente illo qui id inflixit, eiuſque facinoris eſt conſcius: Id

Teſtes facti.

Bodinus lib. 2. Dæmonomania cap. 3.

Plato.

Leuinus.

Langius. *Corn. Gemma.* obseruatum est a Magistratu & præfecto totius Belgici. Agnoscit idem & Langius 1. lib. Epist. 40. Et Cornelius Gemma lib. 1. Cosmocriticæ cap. 6. Philippus etiam Melanthon in 1. Phys. argumento tertio de prouidentia; vbi dicit: Admiranda signa corporibus addita sunt, quæ monstrant autores cædis. Nam corpora mortua stillant cruorem, cum ad ea accedit autor cædis. Ex Lucretio recitantur *Lucretius.* versus.

Namque homines plærunque cadunt in vulnus, & illam.
Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu.
Et si comminus est, hostem rubor occupat humor.

Ad hoc etiam Vergilij versus in 4. Ae-*Virgilius.* neid: referuntur.

Sequar atris ignibus absens,
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero.

Hos autores etiam adduxit Mizaldus cent. 1. memorab. 4. Sed quid opus est omnium, qui huius rei meminerunt, & pro certo affirmarunt, adducere testimonia? Viuit adhuc Ienæ magnificus & reuerenda canicie, doctrinaq; & experientia *Ioan. Stromer. Iuriscon.* præclarus vir D. Iohannes Stromerus Iurisconsultus Synedrij Iuridici ordinarius

Consil.

Consil. Principum Saxoniæ, & professor Academiæ, qui Lipsiæ idem vidisse se nobis commemorauit, & ex aliis fide dignis cognouisse. Statuamus itaque effectum hunc esse certum, non quia ipsi dixerint, sed quia viderint, & factum confessione noxiorum confirmarint, quod postea nõ impossibile esse docet naturę potentia. Ad causæ inuestigationem transimus Themate 23. Variant hic, vt in re dubia autores. Quanquam enim effectum esse sciant, tamen causa adeo abstrusa est, vt adhuc sub iudice lis sit, cum multi eam dicere conati sint, & allegare diuersam, quis veram attigerit. Non autem de efficiente tantum dubitatur, sed & de finali, si opus naturale est, alicuius gratia erit. Hoc enim est in ratione naturæ. Sin fortuitus impetus, frustra de fine sumus soliciti. Talia enim temere eueniunt. Sin diuinum quid, neque sic sine fine erit, de quo ipso videbimus postea. De efficiente dubia sunt, sitne causa motus in ipso subiecto, an non: Et ita quidem sit, vt ἐκ δυνάμεως ab aliquo actu estistente prouocetur. Nam hoc in talibus fieri oportet, siquidem nihil mouet seipsum. Illud prouocans, sitne vis aliqua naturalis magnetica, seu quæ instar magnetis suum familiare alliciat: aut signum hostis præsentis, per effugium mo-

Causæ inuestigatio.

Finalis causa.

Efficiens.

re timentium, edat, cumque erumpere alibi non possit, per patens vulnus euadat, aut non timentis instar, sed vindicantis hostem petat: an vero sit mens aliqua assistens, commouensque sanguinem: veluti anima defuncti, vel eius genius, vel diuinus iudex & angelus ad hoc ipsum, gratia vindictæ missus: aut etiam genius malus: In quo ipso facile potest excusari facti raritas, cur scilicet in omnibus non tale signum edatur. Nam narratum est nobis: quendam a cæde recẽte inductum, confessumque se autorem, nullo fuisse indicatũ cruore. Ratio autẽ huius peti potest a diuina consuetudine. Deus. n. rara edit exẽpla pœnarum tam manifesta; Et cum multi sint atrociter peccantes, non tamẽ omnes igne cœlesti absumũtur, nec omnes ab vrsis deuorãtur, non omnes periuros tangit apoplexia. Et sic in aliis. Idem autẽ imitari poterat etiã malus genius. Itaq; hic splẽdida quædam ratio est, at occulta & dubia. Nam quid dicemus de non recte signatis? Ad quam causam confugiemus, diaboli ne malignitatem, an fortunam, an naturam, an aliud quid? Sed & a natura petita causa non faciliores habet varietatis suę excusationes. Libet autem audire doctorum de hac re sententias. Plato quid statuat diximus: Consentit ei Virgilius: & Bodinus, qui

Historia nõ signati.

Causa diuina.

De his qui animas vindices ponũt.

quivult animas ſeu ſpiritus defunctorum perſequi hoſtes ſuos, recitatque exempla Pauſaniæ, & regis cuiuſdam. Et ad eandem ſententiam Samuelis hiſtoriam accommodat, cuius vera anima apparuerit Sauli. Leuinus inquit: Fieri poteſt, vt ſanguis qui in venis delituit, agitato, motoque corpore erumpat. Magis vero conſentaneum videtur amicis aut interfectori id accidiſſe debere ob animalium agitatum. Quod ſi quis ſtatuat propinquos, & ſanguine iunctos ſympathia quadam, ſeu mutuo naturæ conſenſu elicere: facinoroſorum antipathia, & diſſenſione tacita, non futurus ſum contentioſus. Hoc tamen minus grauate ſum admiſſurus, ſanguinem ex plaga exprimi, tametſi obligata obductaque ſit ac faſciis deuincta, ſi ille qui admiſit facinus ex aduerſo conſtituatur. Tanta eſt enim ac tam valida latentis naturę vis atq; imaginatio modo aliquid vitæ ſuperſit, aut corpus mortuum incaleſcat, vt ſanguis ebullire, accenſaq; bile efferueſcere incipiat. Adhuc Leuinus, qui cauſam in natura quęrit ſubiectorum inter ſe affectorũ ſympathia vel antipathia. Illa in amicis, hæc in inimicis, niſi ex aliquo motu violento ſeu agitatione locali corpus cruentet. Videtur autem a natura ſyncera diſcedere, dum de imagi-

Item Theodorici Imperatoris et cuiuſdã qui vxorem occiderat, et Plutarchi hiſtoriam de Dæmone. & C. Caligulæ ex Suetonio.

Imaginatio aſtantis reiicitur.

natione

natione loquitur. Nam in quib. inanimis antipathia est, virium occultarum, ad quas motas mouetur subiectum mobile, in illis nulla requiritur imaginatio, vt in vitæ e brassica: in animalibus vero viuis potius ipsum quod imaginat, corpore afficitur, quam alterum de quo est imago. Non enim veram putamus Paracelsicam sententiam, qua magorum patrocinium videtur suscipere, de vi imaginantis adeo forti, vt quis alteri suas cogitationes imprimere imaginando possit, eumque commouere: item nos cœlestiũ virtutes per phantasian in nos prolicere si sint fœlices, declinare a nobis si infœlices, quod ipsum etiam de magicis incantamentis a se in homunculũ quendam auertendis nugatur. Quod si verum esset, beati forent melancholici, nemoque non posset sibi diuitias, regna, & alia multa imaginando acquirere. Et quis nostrum viueret, si imaginatio hostium tantopere in nos valeret? quid opus esset tormentis ad bellum sese instruere? vilius conducerentur Paracelsici melancholici, qui phantasia sua bellum gererent, conficerentque. Fortassis ex horum is numero fuit, qui voluit conficere tormentũ, quod sine puluere, & glandibus explosum tam valide percuteret, quã instructa istis. Iupiter id fulminator potest, ego humuncio

Paracelsicũ commentũ.

Vanitas imaginationis Paracelsica.

Tormenti ictus sine puluer & globo.

Alij hic aliud fingunt.

cio nõ possum. Quemadmodũ Bap. Porta affert, in eo baculus loco globi est. Sed si ludenda potius fatua opinio est, quã argumẽtis incessenda, illi præsidiũ quoddã nobis videntur reliquisse, quod tam facilis sit remedio locus per eandem imaginationẽ. Quid si vero ego inscius ab alio præuenirer, atque ita occurrere imaginando nequirem? Quam vellent ægroti a se auertere morbos isto modo. Testatur autem experientia multos ita contrahi, depelli paucos, quemadmodum narratur historia de quodam melancholico medicinæ studioso, qui quoties de febri hydrope, vel alio effectu speculatus fuerat, statim sibi ipsi morbum affinxit, nec posuit persuasionem, nisi accepto pharmaco. Sed de his nimis multa. *Melancholicus morbos sibi somnians.*

Langius dubitat, an aliquas sensilis animæ, cupiditatis scil. & vindictæ, vires etiam post mortem adhuc in sanguine dum putrescit, subsistere cum philosophis affirmandum sit. Quæ sententia commode potest exponi, vt infra audiemus. *Langius.*

Cornelius Gemma inquit: videmus extincto cadauere, vsque ad tertium diem interfectoris imaginem velut in concreto sanguine latuisse, cum eodem semel præsente residuus ille spiritus propter ideas inhærentes in percussorem obuium concitetur: *Corn. Gemma.*

citetur: nec prius profluuium ſanguinis e vulnere ſupprimatur, quam qui occiderit, longius a funere ſit ſemotus: quod ſtudioſe ſemper ad probandum facinus a prætoribus obſeruatur. Hæc Gemma.

Gemmæ error.

Sed exorbitat a veritate longius. Primum quo pacto Idea in ſanguine latitet, cum ipſe nunquam ſenſerit, aut cognouerit Ideam? Aut ipſe ſanguis percipit naturali facultate obiectũ: aut vi impreſſum ab externa cauſa ſuſcepit. Neutrum eſſe poteſt. Et ſi latitat, quo pacto citra ſenſorium externum viuum cognoſcet præſentem? Nam neceſſe eſt interiorem idean conferri cum exteriore ſenſili. At hoc a nullo ne dormiente quidem, nedum mortuo fieri poteſt. Remanere quaſdam imagines in cenſoriis vult Philoſophus. vnde nocturno tẽpore obuerſentur nobis dici geſta; At clauſis oculis, & iam de mortuis amiſſa forma & facultate ſua, quis cõiiciet præſentem illam rem, a qua ante ſenſilem ſpeciem conceperat? Mirabile etiam eſt, cur id ponat in quouis ſanguine, cum non niſi circa cerebrum ſanguis putetur ad ſentiendum aptus. In ſpiritibus tam fugacibus, quomodo erat idea reſidua? Nullus apoplecticorum, aut dormientium hoſtem ſuum aſtantem percipit, quomodo mortuus? Cur etiam in

concreto

concreto ſanguine reſtet? aut quomodo hic poſtea fiet ita aqueus, vt profluat? Sed de talibus inſequentibus plura. Philippus Melanchthon non ſcrutatur cauſam anxie. Coniicit eam in diuinam prouidentiam, quemadmodũ in plurib. inexplicabilibus ſolet fieri. Apud Ariſt. in 3. de part. an. 10. extat hiſtoria de Carib. qui putauerint caput abſciſſum loquendo prodere ſuum interfectorem poſſe. Et id credidiſſe etiam aliquos alios, qui Homerum teſtem allegarint. Sed noſtri homines eo demẽtię non peruenerunt. Qui gubernari omnia ab aſtris ſuis ſtatuunt, figmentum quoddã poſſent afferre de lite aſtrorum vtrorumque occiſi & occiſoris, adeo vt commotio in ſanguine interemti notaretur, quod fieri nõ poſſet tã aperte in occiſore. Comminiſci etiam liceret neſcio quas vindictas & alia. Sed miſſis iſtis vanis, ad cauſæ naturalis inueſtigationem accingimur. Themate 33. dum dicitur aliquam mentem abſolute ſine materia agere, quo pacto intellectus immateriatus ſeu inorganicus, & mentes ſeu formæ puræ ſolent: nemo nos accuſet non obſeruatæ phyſice loquendi conſuetudinis. Scimus ꝙ Philoſophus τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον genere ſeu materia ponat eadẽ, ſpecie, differentia, & cõtraria quoq; agens repatiatur agendo, & alterum alterum

Melanchtõ.

Ariſt.

Aſtrologicũ commentũ.

Actio mentium.

1. de ortu lex. 50.

rum

rum tangat: vnde necesse sit vtrumque esse materiatum. Et quę aliæ conditiones illis asscribuntur. Scimus autem etiā hoc, quod intellectui operationem inorganicam tribuat, quodque agens duplex constituat, sicut & τὸ κινοῦν, nempe primum & vltimum, ex quibus primum sit mouens immobile ipsum, quo pacto etiam mouere primum motorem asserit, qui tamen sit indiuisibilis, & citra omnem magnitudinem, quale sit tum in vniuerso mundo principium diuinum, tum in animalibus ipsa anima, quę imaginatione, intellectione ve moueat corpus. Sed de naturali motu, qui est subiecti materiati mobilis ex potentia in actum, nos non loquimur. Neque enim talis passiua potentia cadit in formas puras. Effectiua cadit, quæ virtute perficitur citra motū localem, aut mutationem physicam. Neque enim vt agat Deus, de loco in locum conferre se debet: nisi hoc de ipso per accidens dicatur. Sic neq; angeli existimandi sunt quicquam a materia pati, quanquam finiti sint spiritus, & dicantur de loco in locum mitti, aut moueri, quod ipsum etiam in Scriptura de Spiritu sancto enunciatur. Ista itaq; motus vocabula modificata sunt, & translata, a rebus materiatis ad immateriatas: quo pacto etiam dicimus Deum audire, videre,

Mentes cū agere moueríque dicuntur, metaphorice dicuntur. Vo-

re, loqui, ire & alia. Hanc ipſam quæſtionem diſputat quidam contra Bodinum, qui videtur diabolo in magis transferendis talem loci mutationem aſcribere. Reſpondetur ipſum non eſſe in loco, neque ideo fieri poſſe motu locali. Non autem eſt in loco, quia incorporeus quanquã extra locum phyſicum dicatur ſuo modo in loco eſſe: Et logici omni enti locum aſsignant. Quod autem trãsferri cernitur aliquis correptus, & a terra in aerem euehi: de iſto quidem translato verum eſt, quod moueatur mutato loco: at non de vectore, vel translatore, niſi ſuo modo, quem phyſicum non eſſe cõſtat, perinde vt Ariſtoteles τὴν φύσιν accipit, non vt Ramei. Scimus enim etiam diabolo ſuam naturam eſſe. (large accepto vocabulo) Ideo iuxta eam, conformiter ſibi dicitur agere pati, quæ paſsio ei decernitur iudicio diuino: at non humano more. Sed de his ſatis. Nam excedunt captum noſtrum. Ariſtoteles dum admittit animam mouere electione, & intellectione, hanc ipſam aſſimilat quieti, & ſtatui cuidam potius, quam motui.

ces enim iſtæ primo ſunt rerum phyſicarum.

Actiones agentium, & paſſiones nõ ſunt in agẽte, ſed patiẽte. Ariſt. 2. de anima, lex 139.

1. de anima lex. 44. lex. 48.

Negamus mentis eam operationem, qua in ſe quaſi agitata reflectitur, vt cum intelligendo occupatur, locum habere in præſente effecto. Nam hic eſt ſanguis cõ-

motus, quem ſi mens mouet, ſane foras progreditur, nec in ſe ipſa manet. Ex quo loco etiam argumentum eſt contra ante commemoratam Paracelſicam imaginandi vim. Nam vt vt hæc intenditur, per ſe foras non exit, ſed veluti quieſcens in ſe manet. Vnde nihil illi eſt efficaciæ, quatenus imaginatur. Eſſe autem præterea illi cõiunctam vim motiuam, quæ corporea eſt, cuius ope animal proſequitur, & fugit obiecta, notum eſt. Itaque ipſa non mouetur quidem, eſt tamen motus principium, at immobile, velut in deliberationibus finis. Mentem autem interuentu materiæ mouentem, ſeu principij corporei adiumento, quo vtitur tanquam inſtrumento, aſſerimus, in hac conſideratione aſſumendam eſſe: non autem ita vt ſtatuatur eſſe certa cauſa: ſed vt ponatur, donec inueſtigauerimus ſitne an non. Perinde ac ſi dixiſſemus dilemmate quodã: ſi mens eſt cauſa cõmotionis iſtius, aut erit per ſe, vt ipſa ſine materia mouetur abſolute, qui tamen motus potius quies philoſopho eſt, vt fit cum intelligit, aut erit cum materia cuius interuentu operetur. Illud non eſſe manifeſtum eſt: videndum itaq; an hoc ſit. Præſupponitur autem materiã coniunctam ab ipſa moueri. Hoc neceſſe eſt fieri, vel præter vel ſecundum naturam mate-

Contra Paracelſum.

Mens mouens materiale.

materiæ. Præter eius naturam fit, cum impellitur vi, vt exemplum lapidis declarat, qui ex imo sursum obtruditur: Secundum naturam; cum actus eius e potentia educendus est, adhibito eo, quod id facere aptum est, vt cum magnetis vis admoto ferro in conspectum actu prodit, aut cum grani vis prolifica calore idoneo prouocatur; Eadem fere ratio est manentis per vim in alio loco; vnde vim inferente sublato, prompte redit ad propriam constitutionem, vt exemplum de lapide, qui retinetur in summo suspensus testatur.

Non negamus simpliciter a mente aliqua ita moueri posse sanguinem, vt proruat idq; etiam fieri tum cum præsens est percussor. Quis enim de potentia diuina dubitet? Quis de angelis, aut malis geniis? Si abripere corpora in sublime possunt, cur non mouere sanguinem? Siue id fiat per vim extruso, siue remoto obstaculo, siue etiam addito aliquo mobili, cuius ipse sequat̃ motum, quæ ratio ad vim pertinet, siue vi diuina (nam hoc solius Dei est) noua virtute in sanguinẽ demissa. Sed quodnam ex his sit, iudicare vix possumus. Si aliquid roboris est in sequentibus, omnia quidem effecta prouidentiæ diuinæ ascribenda sunt, quid enim non prouidente, & aut operante, aut permittente Deo fit?

Diuinæ operationes.

at ex quibus quædam fiunt aliarum viciniorum causarum interuentu quædam ab ipso immediate. Videmur autem non absurde statuere, illa fieri mediante natura, quæ facile ad eam reuocari, explicarique possunt: ita vt si physica ratio sit reddenda, ea a physico petatur recte e natura: non autem a Deo: tametsi hic est autor naturæ. Nam ista relicta est Theologo. Et sicut physicus non succēset Theologo ex suis fundamentis, suaque scientia exponenti causam: ita vicissim non debet Theologus reprehendere physicum, si ex sua arte explicationem tradit, nec debet, vt plærunque fit, dici: Hoc Deus effecit, ergo non natura: cum hæ causæ possint esse continuæ, & subordinatæ, vt loquuntur: sic Deus geminabat Iosuæ pugnanti diem, at non sine Sole, cum potuisset etiam absque hoc idem proficere: Imo momento sternere hostes vniuersos citra militum laborem valuisset. Sed cum de potentia Dei non dubitemus, aliquid tamen causæ est, vt hæsitemus num ipso volente, iubente, aut approbante fiat cruentatio. Sæpissime enim non fit, vt scimus, cum tamen Deo finem vindictę semper spectante, semper videatur fieri debere: quanquam sunt consilia Dei inscrutabilia: sæpe fallit: quorum neutrum (arbitra-

Quidā Theologi iniqui cēsores naturaliū, quasi quod Deus fieri curauit nō simul potuerit per naturam curari.

bitramur) Deo procuranti eſt aſcribendum. In ſingularibus exemplis aliquibus poſſit eius voluntas habere locum, at inde perpetuitatem introducere impingeret in piam de Deo ſententiam, qui neque inconſtans eſt operibus, neq; approbat falſas innocẽtium iudicaturas, aut cædes. Idem iudicium eſt de angelis, qui nihil niſi quod Deo iubenti, conſentientique, imo mandãti viſum eſt, agunt & exequuntur. Et cur quod naturæ procliuitate fieri poteſt, aſcriberemus remotiori cauſæ præſertim in phyſico ſtadio currentes? Superuacaneũ eſt quærere, ſi ignis carnes calore ſuo coquit, quænã ex mentibus idem perficiat. In propinquioribus itaque inuentis ſubſiſtendum monent Phyſici: nec ſi Solem eſſe diei autorem conſtat, vlterius procedendum eſſe, niſi ad Theologicum principium, id eſt, extra oleas velis euagari. Et quod ad hunc locum attinet, ſi pauliſper expaciari ad Theologiã velimus non deerunt noſtræ ſententiæ argumẽta. Deus nõ ſtatim immediate manifeſtat Abelis mortẽ. De ſanguine eius dicit̃, quod clamauerit ad eum. Inde ſequit̃ vltio, primum in animo occiſoris: tandem etiã in corpore. Videtur ergo ſanguini quædã vis primitus inſitã eſſe, quippe cum & animæ ſedes dicatur: id ꝙ infra, pluribus ſumus

Phyſicus ſubſiſtit in cauſis naturæ.

Dei operantis per naturam veſtigia.

Actiones Dei ſimiles huic, ſed mediate.

ostensuri. Placuit Deo, vt si quis interemtus a latronib. inuentus fuisset, is cum protestatione vicinorum locorum, & excusatione cædis sepeliretur, commendata sibi vindicta. At illi facile fuerat retinere autorem cædis, vt retinebat leonem Propheta illius interfectorem, vel alio modo manifestare, nimirum motu propriæ conscientiæ, quo ita in angustum compelluntur quidã, vt quo se vertant nesciant, quin & fere obstupescant, & nec agnoscere quidem possint loca & occasiones euadendi, cum alioquin istis omnes fores pateant, id quod Lipsiæ euenisse aliquãdo dicitur; Et in historia est, imo vulgo notum est, aliquos elabi non posse, seu ex illo loco, seu ex vicinia, etiamsi in libero sint campo Soli. Hæc manifestiora sunt ad pœnam rapientis Dei signa: at non sine naturæ ministerio fiunt. Patet hoc inde, quod in aliis simili modo afficiamur. Extat historia de quodam a Turcis capto, at tandem liberato, qui cum in itinere longius a comitatu remansisset, infortuniũ quoddam incidit, vt clitellæ mulo, quo vtebatur, deciderent, neque ab ipso præ nimio pondere facile restitui possent: cumque id aliquoties ei eueniret, adeo vt in maximo periculo esset, ne denuo caperetur a Turcis, quibus istud iter tunc ob bellum Impera-

Causa cur quidam interfectores euadere nequeant non est in calceis versis aut supino cadauere: sed in consternata mente propinque.

Melchior a Zeidlitz.

Imperatoris erat frequens, non tamen ſubiit animo, vt relictis clitellis nudo inueheretur mulo. Et quoties nobis in anguſtiis talibus euenit, vt vel apertiſſima conſilia non attendamus? Quippe mens interno ſolicitata motu, non obſeruat occaſiones extrinſecas rei gerendæ, Itaque fit vt neq; videamus recte nec audiamus, aut aliud quid ſentiamus. Motu ſedato veluti ex ſomno inſtar melancholicorum expergiſci videmur. Idem in magnis ad vnam rem attentionibus euenit nobis. Principio enim ſenſuum occupata magna agitatione, excluduntur imagines, motionesve minores, nec admittuntur, cum principium vnum, & indiuiſibile nō poſſit plura ſimul ſentire; Sit autem etiam præſens motus tam vehemens, vt alios minores deſtruat perinde vt Solem intuiti cœcutiunt ad reliquos colores.

Sæpe turbati apertiſſima conſilia non videmus.

In aliis animus eſt robuſtior, & non ita trepidat: quod fit ſiue naturæ firmitate, ſeu facinorum conſuetudine. Itaque elabi meminerunt. Videmus ergo etiam hæc poſſe ad naturam reuocari, quam cum inſtituerit talem Deus, cenſendum eſt eius opus eſſe, ꝙ fit per ipſam: neque eſt, vt ad immediatum Dei, angelorumue motū in omnibus factis confugiamus. Scimus autē diſcrimen naturę or-

Cur alij homicidæ non ita afficiantur.

Natura integra & deprauata. dinatæ & inordinatæ seu corruptæ obseruandum esse. Itaq; multa fiunt praue, sciente quidem Deo, at cursum inordinatæ quoq; naturæ permittente, seu ad pœnam nostram, seu exempla vberiora, seu vt spacium resipiscendi tribuat reo, seu alium ad finem. Itaque benefacit per naturam tam malis, quam bonis.

Deus etiam naturæ prauæ motũ suũ concedit, vt in gignendis monstris.

Hæc ergo a nobis meditanda fuerant, & si varietas in effectibus magna est, non recurrendum statim ad occulta, sed attendendum, quibus auxiliis, quibus concurrentibus causis, & quomodo se habentibus fiat aut non fiat effectus. Hæc copiosioribus persecuti sumus, quia ingenia multa nobis sunt cognita, quæ ad hanc ignorantiæ suæ anchoram sacram confugiunt; Et physicum de causa naturali accurate differentem irridere solẽt, tantum sc. ne ipsi putentur aliquid ignorare: cum pro suo fundamento Theologico deberent ex mirabilibus causis, effectisque naturalibus mirabilem Dei potentiam agnoscere, eamque prædicare, qui cum tantas virtutes, tamque mirabiles in naturam manifestam inseuerit, quantus ipse in suis occultis erit?

In effectuũ varietate Physicus nõ statim desciscere a suis fundamentis debet.

Ingenia deprauata, quæ rident physicos in difficiliorib.

Mali genij finis malus. De malis geniis si quid asserendum est, sane id est, quod cædem cæde velint iniuste cumulatam, aut apud superstitio-

sam

ſam plebem aliquid impietatis prolicere. Nam hoc fine ſæpe ſanctimoniam hoſtis piorum ſimulat; iubetque etiam ipſe ea, quæ diuinitus ſunt mandata, vt confirmet authoritatem ſuam, & a vero Deo mentes ſeducat, donec manifeſta voluntatis ſuæ edat aduerſus omnem pietatem argumenta. Exempla papatus, & Ethnicorũ hiſtoria ſuppeditat. Nec finis ipſi alius eſt propoſitus, etſi permiſſu Dei ſeu Hiobũ, ſeu Chriſtum ipſum Deum & hominem, quod aliquando factum eſt, adoriatur. Semper enim κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, cumque malus ſit, boni quid producere non poteſt: qualis etiam deſcribitur a ſatellitibus ſuis magis. Nam poſtquam manciparunt ſe illi, vt vt aliquid boni flagitarunt, nunquam tamen niſi ad cædes, ſcortationes, & ſimilia, ipſis ſuam opem locauit. Pari modo cum quidam ſe ipſi aſtrinxiſſet, hac conditione, vt theſauros conſequeretur magnos, ne obulum quidem impetrare potuit. Alius: vt artem aurificam doceret; reſponſum accepit poſt crebam flagitationem, ſe male exceptum iri, ni ceſſaret. Et recte quidem. Nam quæ dona ſolius Dei ſunt, ea diſtribuere Diabolo aut permiſſum non eſt. aut ſi permittitur, is vertit ea ad finem ſuæ maliciæ conformem, quo pacto dicitur

Huc pertinere videntur Ecſtatici melancholici, quorum nuper vnus prope Rotemburgum viſus eſt in veſtitum inuectus &c.

Paracelſus habet peculiares ſpiritus quos appellat Xeninephidros quibus iucundum ſit aperire hominibus deliteſcentis naturæ proprietates.

quidam Scotus aurificam edoctus. Et quomodo ipse oblitus suæ naturæ benefaceret? Mentitur cum regna pollicetur. Aut enim promissa fides non sequitur, aut cum Deus sit verus doni autor, ipse sibi gloriã facti arripit, quo pacto dicitur quendam ad pontificatum euexisse. Etsi enim impius est principatus, tamen quicquid boni in eo fit, non potest esse Diaboli. Et Deum regna mundi gubernare etiam inter incredulos, testatur Daniel. Sed hæc Theologi melius. Cum dicimus cædẽ ope Diabolorum perpetrari, de iniusta loquimur. Nam per angelos iuste interiit exercitus Sanheribi.

Mentes. Themate 62. enumeratio mentium est. Sunt enim quædam ab omni materia solutæ; quædam conditæ, vt cum materia sint. Illæ sunt bonæ & malæ: Bonarum duplex est classis, Deos angeli; Malarum vnica, vt Diabolus. Ex materiatis est anima humana. Nam huius natura est, vt sit cum materia, quasi medium obtinens inter immateriata, & materiata. Non autem putamus plures immateriatarum classes esse, quanquam multi multa videri velint cognouisse de spirituum natura, ordine, conditionibus. Quæ a Platonicis referuntur de Ideis, seu exemplaribus rerum, & intelligentiis sphœrarum, ea sunt

magica

magica, aut etiam myſtica. Itaque aut vana aut allegorica: quanquam plauſibili ratione, etiam noſtrates philoſophi Idearum ſeorſim exiſtentium ſomnium defendunt. Dicunt enim omnia ſingularia eſſe corruptibilia. Itaque in his non eſſe perpetuitatis cauſam. Neceſſe autem eſſe, vt ſpecies ſint perpetuæ; itaque quærendum eſſe aliquid in quo ſemper exiſtente, ſingularia maneant. Hinc fingunt communes formas. Et licet reſpondeat aliquis, ſingularia ſi quæ mutabilia exiſtunt (Nam immutabilia etiam numero manent) eſſe perpetua generatione: Nam etſi vnum intereat, redit tamen ſemper alterum, ita vt in nulla ſpecie poſſint omnia indiuidua ſimul interire: Quod autem ad cauſam perpetuitatis attinet; ea ſufficiens eſt in creatore, qui quo creauit, ipſe etiam conſeruat, cum omnium τὸ εἶναι ipſe ſit complexus. Sed iſti regerunt, cauſam in generatione eſſe inſufficientem; Nam ita dicendum eſſe; ſi interirent ſimul omnia ſingularia, quid tunc ſit cauſa ſpecierum conſeruatarum. Sed ſapientulis iſtis metum eximere poterat perpetuitas ſingularium per generationem a tot annis mundi: & quod Ideæ iſtę in mēte abſoluta ſeu increata, ſint ſempiternæ. Nam

Quidam noſtri philoſophi idearum ſeorſim exiſtentium patroni.

quo

quo pacto ante exordium mundi semper in Deo extiterunt, quod etiam Plato vult, ita etiam existent, etsi totus mundus sit in nihilũ redactus. Typus quidã in nobis ipsis est. Nam si vel pictum gryphem vidimus, aut etiam hippocentaurum, qui in rerũ natura non fuit, eius tamen Idean conseruamus. Non autem est necesse, vt, aliter existere species veras naturæ dicamus, nisi in indiuiduis. Itaque si interierint omnia indiuidua, non residua erit species existendo, licet sit, vt mentis obiectum. At ne intereant, sufficiens est in Deo & natura causa. Itaque ridendi potius, quam argumentis refutandi sunt tales philosophastri. Reuera enim ridiculum est omnes homines in aliquo vniuersali homine existere: Et vnum esse multa actu seu vniuersale logicum fieri vniuersale physicum. Ab Ideis peruenimus ad Paracelsicum paradoxum de vi imaginandi. Forte enim posset omnes nostras causas euertere atque ita demonstrationem in vẽtum redigere, si dixerit vi imaginandi produci ex vulnere sanguinem; quasi occisor, dum cædem mente versat proliciat cruorem. Sed hoc delirium ante attigimus, & multa sunt, quæ id refutant, quę ne desipere videamur omnem insaniam cohercendi studio, omittimus. Simili modo pa-

Phantasia Paracelsi.

do pa-

do paradoxa tradit idem Paracelſus de Aerdadis, quos vult eſſe ſpiritus corporeos in aere degentes, quibus opponantur Anachimi ſpiritus incorporei. Item de phantaſmatibus, quæ vult eſſe ſpiritus natos ex imaginatione ſylueſtres, ſæpe loquentes cum hominibus: Et quæ alia mõſtra confingit ad morem ethnicorum, qui ex virtutibus rerum ſingulis procreabant ſingulos Deos, Deasue. Quanquam de imaginatione, quæ dicitur ipſi eſſe aſtrum in homine cœleſte, & ſupercœleſte corpus, vt exponit Dornæus, refutanda, ideo etiam non ſumus ſoliciti, quod idem autor factum refert ad cabalas ſeu animas interemtorum, quæ poſt ſubitaneam mortem ſuper terris vagantur, vſque ad tempus, quo alioquin ſecundum diuinam prædeſtinationem a corpore ſecedere debuiſſent. Has prodere interfectorem aiunt, vt ſupra diximus. Apud eundem autorem plures poſſunt eſſe eiuſdem effecti cauſæ per ſpiritus & alia. Sed cum omnia fallacibus fundamentis (quis enim ipſum de tam variis ſpiritibus, quos profitetur, certum fecit? Quis niſi magus fabulas eas admittit? ſunt illa reuera artis Diabolicæ inuenta & prætextus ſpecioſi) innitantur, rectius exploditur, quam argumentis impetitur. Satis firma adhuc iudica-

Aerdada.
Anachmi.

Paracelſus ex geſtionibus mentis facit ſingulares Spiritus.

Imaginatio Paracelſi.

Cabalæ, ſunt animæ interemtorum &c.

dicamus ea, quæ in thesibus aduersus sententiam de manibus dicuntur. Quod thesis 63 habet, si manes iudicium faciunt, oportere esse vel eos ipsos, quorum fuerat corpus vel quorundam amicorum; id bipartito ideo concludimus, quod rationi consentaneum non sit, inimici manes, aut genium prodere effectũ. Nam inimici est delectari malo inimici, & occultare potius quam indicare factum. De amici manibus posset hoc dici, siquidem indignarentur, tanquam ipsi essent aliquid aduersi passi & vltionem poscerent. At non vere dici, ostendunt sequentia. Succurrit hic nobis aliud monstrum Paracelso dignum, cuius fundamenta leguntur apud Bodinum, & alios, qui asserunt animas hominum in Ecstasi migrare ex corporibus, & alicubi locorum vagantes cognoscere mira; eaque vt gesta sunt alibi, post reditum in corpus recensere. Transire etiam interdum in corpora felium & luporum, & in illis proagere cædes. Posset ergo aliquis asserere, amici absentis, & forte domi ecstatici animam præsentem esse, & non cognoscere tantum, sed & vlcisci interemtorem facta indicatura per sanguinem. Sed cum impossibilis sit separatio citra mortem; fieri etiam non possit, vt anima humana sine oculis videat, & reliqua

De animis migrantibus ex corpore & in id reuertentibus contra Bodinum.

λυκανθρωπία.

externa

externa ſine ſenſibus, quorum actio corporea eſt, cognoſcat: totum iſtud figmentum concidit. Exemplum Pauli & eorum, qui rapti miracula enarrant, quæ comperta ſunt reuera tunc temporis, & eodem in loco geſta, nihil iuuare aduerſantes poſſunt. Nam Paulus ipſe ignorat in corporene, an extra corpus fuerit. Et ſi extra fuiſſet diſſimilitudo facti facile redargueret opinionem iſtam. Non enim naturaliter raptus fuit; neque citra miraculum. Quod ſi animabus hoc accidere poſſet naturaliter, & conſuete, miraculum iam & diuinum quid non eſſet amplius. Alij autem, quæ poſt ecſtaſin paſſam annunciarunt, ea ipſa vel ſimilia ab aliis vigilantibus ſunt expoſita; vt conſtat de Epiſcopo quodam qui imperatori inter ſacræ cœnæ administrationem expoſuit hoſtis ſui mortem. Et in 6. tripartita Iulianus Suba præcognouit Iuliani Apoſtatæ in Perſia mortem, dum oraret: quæ neceſſe eſt accidiſſe non exulante extra corpus anima, ſed reuelatione quadam occulta. Nec abſurdum eſt ſomniantibus aperiri res geſtas. Deos oſtendit, ſe locuturum tum aliis modis tum per ſomnum vatibus ſuis, at non abſtracta anima a corpore. Et Ariſt. argumentum horum ſumit ſeu a ſolicitudine de re aliqua,

Pauli Ecſtaſis.

Magi etiã vigilantes extra ecſtaſin ſæpe comperiunt alibi facta.

Somnia vera

quæ

quæ postea ita euenit; seu a fortuito occursu. Sæpe enim somnianti accidit inter multa falsa, etiam aliquid veri occurrere: Reliqua supra captum esse dicit, vtpote occultiorem causam agnoscens, quæ imagines ad phantasian offert, non autem e corpore educit animas. Sed de hac ipsa peregrinatione animæ contra Bodinum (qui tamen physicas rationes eludit commento hyperphysico, vel metaphysico, sed eadem ἀδυναμίᾳ probationis reiicitur) editæ sunt theses in Academia Iulia, quarum autor videtur rem aliquando dilucidius tractaturus. Et nos si vellemus eam persequi, plurimis falsitatem opinionis eius possemus vsque in crucem agere inter quæ mirabile est, somnianti animam elabi, & spiranti, imo calorem retinenti naturalem cum pulsante virtute, & reminiscenti, phantasiasque agenti, quas cum recitat, inter pauca vera plurima miscet falsa. Sunt autem ista omnia præsentis, non absentis animæ signa. Sed hæc hactenus.

Manes thesis 64. diuidit per adiũctum, quod aut damnati sint aut beati, nondum completa hæc accipiens. Nam post iudicium vniuersale tandem confirmatio sententiæ inchoatæ erit. Interim damnatos appellamus malos, seu male defunctos, perinde vt Saluator Ioan. 3. de incredulis pronun-

pronunciat, quod iam ſint iudicati. Beatos vero appellamus, quos tum Iohannes bene mortuos ſeu in Chriſtum defunctos fœlices prædicat ἄπ, ἄρτι; tum liber ſapientiæ in manu Dei extra tormẽtum collocat. Nullum autem eſt medium, quale confingunt Pontificij, de quo alij melius.

Reſpectu Dei cui omnia ſunt præſentia, id etiam iam eſt.

Theſi 65. & ſequentibus argumenta afferuntur, quibus euincimus manes non eſſe cauſas eius cruẽtationis. Forent enim adminiſtri iuſtitiæ, veluti delatores aut proditores ſiſtentes reum tribunali, vt iudicetur a legitimo magiſtratu, cum ipſis pœnas ſumere non liceat. Sed quanta abſurdorum plauſtra hinc conſequuntur? Egreſſæ ex corpore animæ, in corpus denuò irreperent: cumq; ipſis nulla alia ſanguinis mouendi poteſtas ſit, niſi per ſpiritum & calorem; hæc inſtrumenta requirent. His præſentibus neceſſario reuiuiſcet defunctus. Non autem poſſe eas aliter mouere ſanguinem, in viuis conſtat. Figmentum eſt ſi quis dicit animas ſeparatas a corpore modo occulto aliquid agere. Eſt enim ipſarum perfectio, exiſtẽtia cum corpore. Et hæc eſt etiam tota earum natura, non aliter creata, vltra quam ex ſe nihil poſſunt. Imo cū præſentes in corpore ſunt animæ, non poſſunt iudicare reum, à quo fortè ita percuſſum eſt, læſumq; corpus, vt

Manes non procurare cruentationem.

Animarum natura.

nullo ſenſu poſſit homo is vti quomodo id poterunt diuiſæ? Iudicatio non fit ſine iudicandi notitia. Omnis notitia adeſt animæ per ſenſus, præſertim rerum exteriorum, ſentiet igitur. At ſenſu deſtructo, quomodo id fiet? Non per ſe ſentiet. Nam ſenſus eſt paſſio corporea, & communis tam corpori, quam animæ, ita vt vtraque pars ſimul requiratur. Quod ſi anima irrepens in corpus ſentit, iam homo integer eſt. Et ſi fatebitur tunc eſſe occiſum hominem; mentietur. Nulla enim mors eſt niſi ſeparata anima a corpore. At inquiunt, anima aſſiſtit ſuo corpori. Inquã viciſſim ego, eſſe id mendacium platonicum, & magicum. Anima diuerſiſſima a corpore, citra vinculum, quod vtriuſque naturam participet, nec ineſſe illi, nec aſſiſtere poteſt. Et quomodo aſſiſtet ſiſtendi inſtrumentis carens. Ineptæ perſuaſionis ineptus ſermo, profectus ex ſtulta imaginatione, quaſi anima velut paruus homo in corpore tanquam vaſe latitaret. Deinde vt dicimus theſi 68. manes exemti ſunt conuerſatione mundana. Tota autem illa actio inter hominum fit manus. Et quæ cauſa ſit animam ſui cadaueris ſanguinem mouere, & non potius in crines noxij inuolare? Cur autem quædam adeo deſerent ſuum corpus,

Aſſiſtentia animæ.

vt ne

vt ne millies quidē occiſor verus inductus, non ſignetur? Cur poſt mortē peccare anima dicatur, quę per mortē a peccandi amplius occaſione eſt liberata? Iam autē ſi falſum iudicabit, an non peccabit? puderet tam multa verba in hac re effundere, niſi hoc ipſum temerarium iudicium etiam virorum magnorum faſcinaſſet animos.

Iudicium. Theſin 72 eſſe veram agnoſcunt Theologi. Nam etſi quorumuis facinora improba iam ſint iudicata, & ad pœnas deſtinata: licet tamen reuerti in hac vita, in qua nondum conſummatum iudicium eſt. Et norunt iſti, diſcrimen iudicij quod habetur theſi 73. de quo superſedemus plura addere: ne ὑπέρτα ἐσκαμμένα. Quæ de lemuribus afferunt tum Platonici hoſque ſecuti poetæ, tum Paracelſici & magi quidam, ea ſuperſtitioſis hominibus valde impoſuerunt præſertim pontificiis, a quibus innumera recitantur exempla animarum, exequias, luſtrales epulas, miſſas, balnea, & neſcio, quæ alia poſt funus expoſcentium. Sed multis viciſſim patet exemplis, impoſtura diabolica; qualia recitat Bodinus lib 3. Dæmonomaniæ cap. 6. Idem tamen perſequentis hoſtem ſuum animæ cauſam defendit lib. 2. cap. 3. & Samuelis veram animam fuiſſe *Bodini error.*

Cur non omnes animæ iudicium faciant falsa sententia.

euocatam a maga Endoris asserit. Sed hæc tum ante confutata sunt, tũ satis aperte in thesibus reiiciuntur. Notandum est κρησφύγετον quoddam, quod ex aliorum sentẽtia recitat Bodinus ad reddendam causam, cur nõ omnes animæ persequantur interfectorem, aut iniurium. Aiunt enim quasdam animas vestigiis corporis inhærere, nempe eas, quæ beluinis cupiditatibus in corpore fuerint delectatæ; Et eas quæ inuitæ de corporibus discesserint. Alias non hærere. Verum non diu inhæsisse corpori suo scribitur ille diues lurco, sed statim deportatus ad inferos seu locum tormentorum. Neç opus est verbis in re, quæ citra veritatis solidæ fundamenta astruitur. Ad lemures quod attinet paracelsicos, appellant eos, vt solent, noue, spiritus elementi aeris; quos vero veteres ita nominabant, eos isti caballos seu cabales ex parte: nempe hos qui coacti repentina morte ante prædestinatum tempus vita corporea excedere, nihilominus super terrã errẽt. Sed hoc non omnes amplectũtur Paracelsici. Saniores enim agnoscunt mendacium. Ad dictum Syracidæ de Samuele; respondet Lutherus sensum esse iudaicum, siquidem non Samuel sed spiritus nomine Samuelis vatem egerit: id quod fatetur etiam R. Dauid Kimhi, Tertullianus,

Lemures paracelsici sunt Diaboli pigmentati.

De Samuele cap. 46.

nus,

nus, Auguſtinus & alij, quos non recte reiicit Bodinus Hebræos ſecutus.

Mortem eſſe id quod diximus theſi 78. res ipſa loquitur. Nam generando vniuntur corpus & anima, ita vt generatio poſſit dici vtriuſque vnio: contra interitu ſeu morte ſeiunguntur. Philoſ. de vita & morte cap. 1. definit τελευτὴν, καὶ φθορὰν τὴν βίαιον μὲν τοῦ θερμοῦ σβέσιν, καὶ μαρανσιν; τὴν δὲ κατὰ φύσιν τοῦ αὐτοῦ τούτου μάρανσιν διὰ χρόνου μῆκος γινομένην, καὶ τελειότητα: Quę ipſę definitionem per cauſam exhibent. Nam hoc facto ſequitur mors. In ſectione 14. prob. 9. mortem vocat caloris interioris refrigerationem; aut putredinem quandam; item interitum humoris, calorisque. Sed oportet attendere, quod in violēta morte illa μάρανσις etiam confertim poſſit fieri, ſpiritu ſcilicet emiſſo ex ventriculis cordis vno impetu cum ſanguine. Etſi accuratius de re diſſerendum eſt, mors interdum etiam eueniet ſpiritibus & calore manentibus aliquandiu, ſed tantum alteratis, ita vt ex vitalibus non vitales ſint facti, quod fieri veneno poteſt. Adde quod non pateat diſcrimen mortis & interitus, tam bene ex Philoſ. definitione, quam ex ea, quam poſuimus Theologos imitati. Nam anima non interit: corpus interit & corrumpitur in elementa reſolutum, id quod *Mors.*

philoſophus videtur deſignare, cum τελευτὴν καὶ φθορὰν coniungit. Eſt autem ipſius φθορὰ ἡ κατὰ φύσιν, ὁδὸς εἰς σῆψιν, vel vt poſtea dicit, ipſa putredo, quæ opponitur generationi generalius ſcilicet acceptæ. φθορὰν etiam fieri tradit ὅταν κρατῇ τοῦ ὁρίζοντος τὸ ὁριζόμενον διὰ τὸ περιέχον, quæ ipſa niſi de miſto corpore intelligi non poſſunt. Itaque cum anima exceſſit e corpore, quandiu hoc integrum eſt, non dici poterit τελευτὴ aut φθορὰ, niſi calorem & ſpiritum miſtas corporis facias partes aut aliud σοφὸν φάρμακον adhibeas. Sed hoc tantum attingimus: Sicut & illud, quod nobis etiam plantæ, ſi animam habere, & non potius naturam tantum dicendæ ſunt, poſſint mori, cum ſcilicet ſeparatur anima earum vegetabilis a corpore: id quod philoſopho dicitur ἄυανσις. Diſcrimen tamen eſt, quod in beſtiis & plantis vtraq; pars intereat, in homine tantũ altera ſcilicet corpus, quanquã nec huius eſſentia ita perit quin ſit reuocabilis diuinæ poteſtati; Tertio loco coſiderandam putamus quæſtionem de animæ natura: vtrum ſit generabilis, & ex hoc etiam corruptibilis, ſeu interitui obnoxia, licet non corrumpatur, ſeu intereat diuinitus ſeruata. Philoſophi quidam generationem materiæ aſſcribunt. Nam eſt motus quidam. Motus

Planta.

Anima an generabilis. Nota. De ortu eius.

Generatio.

tus autem eſt actus mobilis. Anima ergo non generabitur, niſi materiæ reſpectu cui vnitur, & ἐγγίνεται, vt loquitur philoſophus. Si non generatur; Ergo nec corrumpitur. Et ſic nō erit forma informans, ſed aſſiſtens corpori ad tempus, vt ſecundum Platonem prior & antiquior corpore. Hæc philoſophemata pluribus ſcrupulum iniiciunt de animæ ortu & perpetuitate. Conſentaneum eſt ante hunc hominem genitum nihil extitiſſe de eo, niſi potentia. Et non corpus eius gigni, ſed totum. Accedit quod ſæpe ita loquātur philoſophorum præſtantiſſimi animam generari. Si hoc eſt; patitur ergo ea paſſione, quæ eſt eius verbi & ſic mouetur. Nam putamus rectius dici poſſe, animam oriri, incipereque eſſe aliquando non autem motu generationis, qui fit ſuper materia; Sed ortu ſimplici, ita vt cum oritur, ſit. Corpus ergo ex potentia materiæ prodit in actum, fitq; actu tale, quale generātis erat; anima autē cum ſit actus eius, exiſtit, cum primum ex potentia illud emerſit. Generari itaque dicetur materiæ ratione: Et eſſe in potentia, itidem relate ad materiam. Nam non ipſa generatur, ſeu mouetur ex informi ad formatum per ſe, neq; corpus per ſe. Sed anima cum forma ſit, exiſtit, neq; vllo tēpore eſt minus forma. Materia

Anima generabilis quomodo.

Anima dicitur generari, quia dū corpus generatur vna exiſtit.

interim agentis cuiusdam vi ex sua potentia proficit ad actum istum, qui est ipsi cõsentaneus. Et sic incipit anima esse, non continuatione motus ex imperfecto ad perfectũ; Sed quia cum non erat, existit aliquando, seu principium suæ existentiæ, quæ extra tempus est, & quasi indiuisibile punctũ in quo incipit simul esse, &c. est, obtinet. Ex hac ratione nõ necesse est adcumulũ animarum in exortu mundi conditarum reseruatarumque vsque ad tempus generationis corporis cõfugere, neq; etiam ad nouã creationem, aut alia figmẽta. Vi genitoris, quia ipse talis erat, ratione huius principij, generatur quidẽ materia; anima autẽ in ipsa generata existit, talis omnino qualis erat anima parentis. Nec refert etsi dicant quidã fœtũ in vtero viuere anima parentis, non sua, quo nihil absurdius enunciari potuit. Neq; etiam refert, etsi proficere ex anima stirpis ad sensilem indeque ad rationalem quidam dicant. Ratione operationum, quarũ alia post aliam in suis organis manifestatur, dicunt. Anima etiam seminis; neutiquam ea est quæ postea in corpore generato. Sed illud est huius principiũ. Itaq; semen ex rudi ad formatum proficiscitur vi sua quam parẽs concessit. Et eadẽ vi, noua adest forma. Absurdũ enim est dicere, vim naturalẽ seminis

Fœtus in vtero viuens anima matris falsum.

De profectu animæ.

Anima seminis.

ſeminis eſſe numero eandem quæ poſtea eſt corporis, cum ſit eadem ſpecie. Dicere etiam animam præexiſtentem ipſam ſibi officinam fingere: cum non poſſit eſſe effectum cauſa prius, pari laborat morbo. Forma formati ratio eſt, tunc cum id eſt abſolutum, nec exiſtit ante. Sed hæc obiter prolixius ſane ac inſtitueramus. Saltem enim cōtemplationis quoddam initium volebamus dare rudioribus. Iudicetur itaque iam quæſtio de animæ interitu. Negamus eam interire poſſe tum natura ſua, tum decreto diuino (loquimur autem de hominis anima) Ratio eſt, quia non generatur, ſed cum oritur, Eſt; Et ſi hoc neceſſe eſt propria eius, vna eſſe. Statim itaque ac eſt, ſimul immortalis eſt, cum talem primo creaſſet conditor, & poſtea iuſſiſſet talem per generationem exiſtere multiplicatam. Non latet, plurimis difficultatibus laborare hanc quæſtionem, & nos aliquando eam diſputauimus, ita, vt diceremus, eam natura quidem ſua interitui obnoxiam eſſe: Nam nihil eſt conditum, quod nō poſſit a Deo iterum redigi in nihilum: at non interire decreto diuino: nidu cti ad hoc ſentiendum natura generationis, & ortus. Si enim quid aliquando nō fuit, incepit autem eſſe, illi conſequens eſt poſſe iterum non eſſe, lege huius naturæ

Anima non præexiſtit fingens ſibi corpus aptū.

De interitu animæ an ſit aliquis.

Alia ſententia.

& moto. Sed hæc iterum contemplantes, inuenimus hanc animæ naturam esse: quam ei diuinum decretum tribuit. Itaque illud quodammodo corrigimus. Addimus autem hoc: cum animæ humanæ esse sit quoddam suum & per se, nihilominus tamen idem esse etiam quodammodo in corpore esse. Vnde non est forma absoluta, sed quæ nata sit in corpore existere, & per illud operari. Hinc dicimus animam quidem a corruptione corporis superstitem esse: verum nõ secundum naturę suæ dispositionem plenariam, & integritatem. Idq; propter vitium quod post conditionem a lapsu accessit. Hinc dicunt Theologi eam habere dependentiam ad corpus, & post resurrectionem tunc demum plenissima beatitudine fruetur, si bona fuerat. Quod autem ipsi deest, dum a corpore abesse cogitur, id supplet diuina maiestas conseruans eam, donec corpus restituatur. Quod si hæc dicenda non sunt: certe non apparet ratio, quin ipsa sit assistens tantum forma, ad tempus in corpus missa, cui tamen necessitate non iungatur. Itaque nec corpus erit altera pars hominis, sed tantum carcer animæ, aut ergastulum verum, diuersum nos sentire cogunt, affectiones communes vtrique, vt sunt sensus & pathemata: Et quod nihil

τὸ εἶναι animæ, quodãmodo esse ἐνσώματον εἶναι.

Anima assistens.

hil sciat ipsa, nisi quod sensibus, & experimentis didicit, nisi diuinitus quid illi communicetur. Sed hæc hactenus.

Thema 84. arguitur sequente: quasi ita colligeremus:

Actio instrumẽtaria nō sine instrumẽto ex hypothesi.

Nulla instrumentaria cognitio potest perfici non actu operantibus instrumentis;

Cognitio hostis externi est instrumentaria:

Non itaque cessantibus instrumentis potest perfici.

Propositio manifesta est. Nam actio corporea sine corpore nō est; Et, si instrumentaria est, citra organum non fiet, nec actu erit, nisi actu instrumentis principio suo cooperātibus. Assumtio specialior est. Sed & dicere poteramus omnẽ animæ cognitionẽ esse talem. Nam definitur actus corporis organici physici potentia viui. Et si sensus nullus sit, nulla potest esse ne vita quidem sentiens, nedum notitia. Necessaria ergo infertur conclusio. Consequens autem est: si interfectus nullum cognitionis instrumentum vsurpat, eum non posse cognoscere, seu animā eius nō id posse. Nam principaliter cognitio est animæ. At non vsurpare manifestum est. Nam alioquin viueret; quod est, vitales operationes exerceret. Et actu viueret. Quod si

An omnis animæ actio sit instrumẽtaria.

detur animam inesse, etiamsi non actus secundos exequatur, dicimus, ne sic quidem posse eam certã esse de præsente suo hoste. Nam multi concidunt syncope, in quibus adhuc est anima, at nihil agnouerunt, neque internorum phantasmatum, neque externorum sensilium. De his, qui adhuc animati pro mortuis habiti sunt, extant historiæ plurimæ. Schenckius in lib. de obseruationibus capitis, recitat historiam Ferrariensis puellæ, quæ Apoplexia collapsa triduum pro mortua habita fuerit: tamdiu sunt a matre eius per amante detenta: Sed quæ reuixerit, & post istud tempus bene vixerit: Ibidem recitatur ex Amato Lusitano aliud exemplum cuiusdã ægroti, quem iam feretro impositum monachi ad tumulum adornarant. At medicus eius superueniens ex pulsu cognouit eum viuere, & recreatus tandem diu superfuit. Similis historia narratur Lipsiæ contigisse in fœmina quadam, quam ægrotantem curauerat Simon Simonius tunc ibidem professor. Medico enim foris in curando alio occupato, ipsa pro mortua geritur, & vespilloni committitur. Fere sub horam funeris a reuerso medico detrahitur a sandapila, recreataque, ni fallor, quadriennium superest. De quibusdam pestis sæuitia in lipothymiã præcipita-

Viui pro mortuis habiti.

cipitatis, & vna cum aliis in tumulos congestis, at qui postea reuixerint, & ad suos ex apertis sepulchris (nam sat capaces fiunt fossæ, nec clauduntur statim) redierint, etiam vulgo constat. Lemnius testatur in Belgico id crebro accidisse suffocatione matricis, apoplexia, &c. laborantibus. De suffocato aquis, qui post extractus instar mortui, reuixerit Ienæ audiui. Is qui de curru delapsus fere per horam mortuus habitus est, frater Georgius adhuc superstes fuit. Sed talium exemplorum magna suppetit copia. Causa autem solet in syncope, quæ aliquando tam vehemens est, vt cum spiritu etiam intercipiat pulsum, dari, quod vis animæ occupata sit in pugna aduersus morbum: aut etiam ita debilitata, vt nequeat exercere vllam actionem vitalem, donec vel euictus sit hostis & dissipatus profligatusque vel vltrò cesserit ex principio vitæ. Siquidem fieri potest, vt interrũpens malignus vapor principium vitale occupet, & citra eius strangulationẽ post aliquod spacium spontè per arterias, aut poros exeat, atque ita dissipetur; aut calor obrutus est aliquãdo, aut longius a corde auocatus, qui collectus postea expugnat morbi vires. Sed de his alibi melius.

Certum est argumentum, animam se-

mel

De reditu animæ ad corpus.

mel e corpore egressam, non nisi diuina potentia, ad id reuocari, quicquid Bodinus contra astruat. Si naturaliter discedit, quia calor absumtus euanescit, ob huius defectum, regredi nequit. Nec fieri potest, vt vlla humana arte calor natiuus semel abolitus restituatur. Natura enim cum ipso destructa est. Vbi autem nulla est natura, nulla est medicina: quia hæc naturæ est ministra. Si excessit per vim; Idem est consequens. Nam vna eius calor & spiritus vitalis destructus est. Et vis hic illata, incompensabilis est.

Sanguis.

De sanguine dicimus, quod nutrimentum sit corporis: sed & vehiculum spirituum quorundam, & caloris. At non est instrumentum humanum qua homo est, neque etiam viuit, quod ipsum etiam Philosophus asserit: Vbi dicit, quod tactum in nullo genere sentiat, sicut & excrementa in aluo contenta. Et, Sanguis & sensu caret, & ob eam rem nec adeps, nec sebum sentit. Sunt.n. sanguis concoctus. Quod si totum corpus tale efficiatur, nullum preterea sensum habere poterit. Item vis sentiendi nec vlli exangui data est parti (sc. in sanguineis) neque sanguinis propria est, sed cuidam ex his, quæ sanguine proueniunt, delegata est. Quocirca pars nulla exanguis eorum quę sanguinem habent

Sanguis non sentit.

3. hist. ani. 19
2. de part. an. 5.

bent

bent, ſentire poteſt: nec ipſe ſanguis ſenſu præditus eſt. Quippe qui nulla pars ſit animalium. Itaq; quod idem Philoſophus dicit in 2. de part. an. 4. ἔστι δὲ ἰσχύος μὲν ποιητικώτερον τὸ παχύτερον, αἰσθητικώτερον δὲ καὶ νοερώτερον τὸ λεπτότερον, καὶ ψυχρότερον. Id ipſum κατά τι eſt accipiendum. Nam cum ſine ſanguine in ſanguineis nec ſenſus fiat nec intellectus: aliquã in ipſo cauſam eſſe neceſſe eſt: nempe eam, qua ſpiritus ad officia animæ idoneos & calorem vehit, & materiam eorum præbet. Interim autem ipſe nec ſentit nec intelligit, nec omnino eſt animatus. Neque etiam ſpiritus talis eſt, licet ſine eo nulla officia animæ peragantur: vt neque calor. Quod autem dicitur in ſanguine anima eſſe; ideo dicitur quia calorem fouet, qui eſt proximum animæ inſtrumentum & vinculum, quo cohæret pars vtraque. Omnino ſicut ſpiritus & caloris, ita & ſanguinis eſt mirabilis natura, de qua plura diſſerimus in thematibus de humoribus, quæ Deo volente, etiam aliquando edentur.

Sanguis non eſt pars animalium.

Sanguis non ſentiẽs ſunt tamen ad ſenſum.

Anima in ſanguine.

De dormientibus hoc cõſtat, quod, niſi profunde ſint ſoporati, aliquid externorum percipiant, ſed tamen confuſe, & inſtar ſomnij. Nam veluti ſomnium obrepit imago, neque tamen poſſunt indiciũ alteri de pręſentia hoſtis ſui facere, niſi forte

Theſ. 96. & 97.

Dormientiũ phantaſmata.

forte terror obueniat, aut alia affectio; qua agitetur, aut etiam excitetur. Profunde dormientes, ne maximos quidem clamores percipiunt, ſicut nobis conſtat de ebrio quodã, quem ne Taratantaræ quidem vox in aures inflata potuit commouere: alium ne digitorum quidem peruſtio vſque ad veſicas. Si iam leuiter dormienti interfectus eſſet aſſimilandus, animatus deberet eſſe, atque ita diſpoſitus, vt facile agnoſceret hoſtẽ tanquam in ſomno: perinde vt faces, titillationes, calores & alia deprehendimus ſuſpenſi ſomno. Sed talem conſtitutionem interemti eſſe quis dicet?

102. Th. *Hæc recitat Bodin. lib. 2. Dæmon. cap. 1.*

Plurima ſunt effecta, in quorum cauſis hæremus. De Zucharo forte aliquis reſpondebit, quod ſit tenuium virium, & calidarum. Itaque cogi partes craſſas lactis vel ſeparationem fieri non ſinet. De cupro reſpõdebit, quod inſtar glutinis ita coarctet ferri partes, vt diffluere non poſſint: aut ita exiccet. Nam illa fixitas, ſicut loqui ſolent Chymiſtæ, eſt a ſulphure fixo abundante, ſeu a nimia ſiccitate, & argumentum de Zucharo confirmabitur ſalis effectu. Nam hic quoque prohibet lac deponere caſeum. Contra vero ſi in calefactũ lac infundas acetum, coagulat. Acetum enim frigidum eſt. Et frigiditas cauſa con-

ſa condenſationis, ſicut calor diſgregationis, præſertim in eſſentia tenui. Traditur autem zucharo parem vim obtinere mel. Nam & hoc additur lacti, ne in caſeum abeat. Sed cur acetum coagulationem præſtet, non autem aqua trigida? Cur calor zuchari, qui certe mediocris eſt, prohibeat concretionem Butyri; cum lac agitatum tantopere, neceſſe ſit magis incaleſcere ſine zucharo; attamen butyrum reddit? Et butyrum liquatum ſi ſit, nullo zucharo poteſt prohiberi, quin concreſcat. Sane ratione dulcedinis debebat potius cogere, quã prohibere coactionem. Nam dulcia magis cocta ſunt, & calore ſuo moderato coctionem non impediunt; Ne ad ſacram anchoram arcanorum confugiamus, dicere poſſumus varias partes in lacte illo eſſe: aqueas ſcilicet aereas & terreas, licet hæ ſint paucæ in cremore. Aqueæ per ſe non concreſcunt niſi intenſo frigore in glaciem vertantur. Aereę ob pinguedinem coniunctam inter ſe cohęrere ſolent. Iam autem interuentu zuchari & miſtione, neque ipſum zucharum alioquin concretile ſibi cohæret, nec pinguitudo interſecta halitibus, idq; tunc potiſſimum, quia zucharum maxime aereis inhęret, per agitationem in ſpumam viſcidam abiens,

De Zucharo prohibente lactis concretionem.

Sacharum prohibet ſeparationem: Ergo & concretionem ſeparatorum, &c. Ita & mel ſalcaliditate diuiſibili, non ſinit coagulare talia tali modo.

quæ non ſinit ſubtiles ſpiritus exhalare; quibus alioquin exhalantibus butyrum fit. Sal acumine diuidendique virtute idem præſtat in lacte, ne abeat in caſeum, fiatque ſeparatio partium. Quod autem vbi iam factum eſt butyrum, & cibariis cum zucharo adhibitum, poſt frigefactionem non impediat congelationem, cauſa eſt, quies, & quia zucharum ab aquea parte in inferiore loco conſiſtente aſſumitur. Nam liqueſcit ab aqua, & diluitur prompte. Spiritus etiam congeniti ante ſunt diſſipati. Sed in his non immoramur. Argumentum noſtrum ad eos pertinet, qui cum ignorent cauſam probabilem (poſſe enim aliquam a peritis dari non diffidimus) dictorum effectuum, non confugiunt ſtatim ad diabolum, cum tamen id faciant in aliis, quorum ſimiliter cauſæ ſunt naturales, modo eas inueſtigare non tæderet.

Hæc perfunctorie diſputantur ad dandum anſam inquirendi.

103. The. Ignauiæ eſt turpiſſimæ fateri eſſe quid naturale, quod tamen nec ipſe expiſcari velis, nec aliis probabiliter exponentibus aſſentiri. Iniuria etiam eſt ex tua infantia metiri alios. Procul dubio enim plura nobis intellexerunt ſapientiſſimi illi, Adamus & Salomon. Non detrahendum eſt toti generi, ſi quid in aliquibus indiuiduis non reperias. Addunt prioribus ſemper

Contra negantes naturales cauſas.

Nõ eſt detrahenda ex aliis ſcientia, ſi ipſe impoſſis, aut neſcius.

ali-

aliquid ſecula poſteriora, & quo magis dē naturalibus cogites & experimenta conferas, eo magis aperit ſe natura: quod egò expertus loquor.

Huius magi meminit Bodinus lib. 3. cap. 2. Dæmonomaniæ. Addit autem eum ſanaſſe illos equos, & boues, quibus prius iniecerat ſortem magicam, vnde coniicimus pilis eum abuſum fuiſſe ad tegendum crimen. Dicere hic poterat, vi magnetica inſtitui curationem: atq; ita naturali. Sed ab igne non eſt liberatus. *104. The. Magica cura.*

Diſputauimus de hopliatria antè quæſtionem hanc. Cum itaque ibi quidam pertinaciter huic fundamento inſiſterēt, quod naturalis eſſet aliqua cauſa, at quæ ſciri non poſſet: cum tamen omnes, quæ vnquam inueniri poterāt, methodo quadam catholica complexi fuiſſemus, repetendum exemplum cenſuimus, vt ea quæſtio fieret dilucidior. Sed nihil nobis vlterius fuit obiectum. Bellonius lib. 1. obſeruat. cap. 52. recitat exemplum curæ nō abſimilis de Turca quodam. Hic ſplenis morbum curaturus, chartā arripuit, eamque ad formam ſplenis accōmodauit metiēdo ſuper regione eius membri in laborante. Poſtea accedēs ad nouellā iuglandē arborem, ex cortice eius modiolū excidit, ad formā cōfectæ chartæ. Inde obmurmu- *105. Quidam falſus naturalē cauſam negauit, eam ſciri poſſe. Spleneticus magice curans.*

ratis pluribus verbis Turcicis, & peractis cæremoniis; ad ægrotum regreſſus eſt, natione Iudæum, & corticem eius aluo impoſuit. Deinde filo traiectum in camino ſuſpendit affirmans, malum iri diminutum exiccato eo. Ex Paracelſicis quidam herbam lyſimachiæ per vulnus ducunt, eamque ſepeliunt vt putreſcat. Alij eo modo tractant hypericum, aut perſicariam: de quibus plura in hopliatria diximus. In omnibus par excuſatio eſt: nempe eſſe cauſam naturalem, etſi ignoretur.

Paracelſicæ curæ ſuperſtitioſæ.

Quidam abutuntur dicto Philoſophi 4. metaph. tex. 9. vbi dicit: Impoſſibile eſt omnium eſſe demonſtrationem. In infinitum namq; progrederetur. Quare nec hoc modo eſſet demonſtratio. Si autẽ aliquorum non oportet demonſtrationẽ quærere, quod magis principium tale eſſe iudicarent, dicere non haberent (τίνα ἀξιοῦσιν εἶναι μᾶλλον τοιαύτην ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν.) Eſt autem etiam demonſtrare redarguendo (ἐλεγκτικῶς) quod impoſſibile ſit, modo aliquid dicat, qui dubitat. Quod ſi nihil dicat: γελοῖον τὸ ζητεῖν λόγον, πρὸς τὸν μηδενὸς ἔχοντα λόγον, ἢ μηδένα ἔχει λόγον· ὅμοιος γὰρ φυτῷ τοιοῦτος, ᾗ τοιοῦτος. Hactenus Ariſtoteles: cuius principium ita enunciant: quod non ſit inueſtiganda ratio, ibi nulla ſit. Sed quis feret eiuſmodi aſinos, qui nc in

Non omniũ demonſtratio.

Græci lib. 3. cap. 4.

ne intelligunt quidem verba Philoſophi? Negatis omnium poſſe eſſe demõſtrationem. Quid tamen inquam poſtea? Negant idem & Dialectici, apud quos quædam ſunt νοητὰ, quæ ſunt ἀξιώματα, αὐτόπιστα, ἀναπόδεικτα. Quædam διανοητικὰ, quæ per medium ſeu argumẽtum prius & certius arguuntur, ipſa per ſe dubia. Itaque ſi quis principiorum demonſtrationes expeteret, an non is inſaniret? Ecquam rem poſſet demonſtrare dubiis principiis? Omnis enim demonſtrationis origo eſt principium αὐτόπιστον. Itaque non omnium eſt demonſtratio. Deinde quod enunciatur de illo, qui nequeat aliquid dicere, propterea quod rationem non inueniat, cur cõtradicat, atq; ita neceſſario cogatur quieſcere in aliquo principio, ex eo concludit non eſſe inueſtigãdam rationẽ, vbi nulla eſt, & detorquetur id ad occulta quorum cauſas nõ ita prompte nouimus, quaſi turpi ignorantiæ debeat eſſe præſidio iſtud Philoſophi dictum. Sed de principiis dictum eſt, quod cum eorum nulla poſſit alia prior ratio eſſe, ſtultũ ſit & ridiculum, laborem in ea quærenda ſumere: Deinde etiam de eo, qui vſq; ad principia cõpulſus, nihil habet amplius quod dicat. Ab hoc, ſi quis vellet exigere rationem, is ridiculus foret. Poſſe autem aliquem

Principia ſeu axiomata indemonſtrabilia.

Explicatio dicti Phil.

eousque compelli manifestum est, modo respondeat data ratione. Si enim respondet per rationem, potest vlterius redargui donec fateatur se victum, cogaturq; subsistere non inuenta amplius ratione. Si vero non respondeat, iam fatetur se rationem non amplius nosse. Atq; ita conficitur triplici argumento, non posse esse omnium demonstrationem: primo quidē quia principia sunt indemonstrabilia: secundo quod progrediendū foret in infinitum, ex quo consequens est, tolli omnem demonstrationem: tertio quod interrogatus aliquis demum in vltima aliqua ratione subsistat, nec possit amplius ascendere. Finge iam aliquem rusticæ ignorantiæ prætextum quærentem, &, cum interrogatus sit, quæ sit causa niuis, seu efficiens seu materialis, aut alia, respondentem nihil aliud præter hoc: Ita est, seu ratio & causa niuis est, quia talis est, sicut cum quæritur, cur homo generat hominem; respondetur, quia ortus talis est ex tali: quod idem est, cum quæsito: quia homo generat hominem; seu, vt alij dicunt, quia ita Deus creauit: an non rideretur talis Philosophus? Quid enim responsio a dubitato differt? Deus & natura temere quid non faciunt. Si itaque prior & propinquior aliqua est causa, ca

Sic omnis methodus quiescit & desinit in definitione, si ab vltimis incipias.

Hac rusticitate laborat P. Ramus logicus qui negat posse dari rationem propriarum affectionū.

sa, ca

ſa, ea ſane & inueſtiganda eſt, & dicenda. In principiis tantum ſubſiſtendum, veluti ſi quis per ordinem cauſarum vſque ad primam peruenerit, in ea acquieſcendum eſt. Aut, ſi ſtatim ἄμεσον id ſit, quod interrogatur. Sunt autem etiam quædam, quæ homini ſcire negatum eſt, veluti in diuinis, cum quæritur, quare Deus redemerit genus humanum Filio dato, & non potius alio modo reſtituerit: aut ab initio ita condiderit, ne potuerit labi? In quibus nihil præter voluntatem & potentiam Dei eſt allegare: hoc eſt, ipſum Deum: quaſi dicas, quia voluit, id eſt, quia talem creauit. Nam velle & facere in Deo ſunt re idem. Sed nec in naturalibus cuncta primitus conceſſa, ſcit homo quidam, nempe is, qui poſt lapſum a ſua perfectione deficit.

Hominis impotentia.

Pſal. Quæcũq; voluit fecit.

Habuiſſe autem primum hominem naturalium perfectã cognitionẽ, determinatam tamẽ ambitu ſcientiæ humanæ cõſentaneum eſt: & Theologi aſſerunt. Nam Dominus & princeps animantiũ eſt. Cur autem nõ etiam inanimatorum? Itaq; cogimur fateri tenuitatem noſtram. At quia fuit in hominis poteſtate cognitio talis: certe non ociandũ eſt: ſed ad eam aſpirandũ, quantũ fieri poteſt. Hoc feruore multi id conſequuntur, vt arcana naturæ agnoſcant,

Aſpirandũ eſt ſtudio ad hominis primam notitiã etſi in hac vita non aſſequamur penitus.

ſcant, attingantq; Salomonis ſapientiam valde prope. Non ergo verbis iſtis inanibus erat ignauiæ multorum patrocinandum, ſed potius excitanda ingenia ad alacrem naturæ explorationem: monendum tamen, ne vltra principia cuiuslibet ſcientiæ expatientur. Nam in his figitur demonſtratio, nec vltra progreditur. Male ergo philoſophatur naturaliter is, qui rei phyſicæ, vt phyſica, cauſam quærit vltra phyſicam, niſi cogatur id facere propter aduerſarios, atq; ita non phyſicũ agere, ſed veluti Philoſophum omnia ſpeculantem, id quod in diſputationibus noſtris crebro nobis vſu venit. De illo autem principio videatur Phil. etiã in 6. metaph. tex. 1. vbi itidem dicit ipſius ſubſtantiæ & quid eſt, non eſſe rationem, ſed vel hypotheſi, vel ſenſibus quædam certa & indemonſtrabilia eſſe. Idem in 7. & aliis locis.

4 metaph. tex. 5. De perfecta definitione hoc accipe, &c.

108. Si dederint nobis aduerſarij, eſſe in effectis, de quib. iam ſermo eſt, cauſam naturalem: Conſtat autem quid ſit natura. Et quam varie ſecundum deductionem methodi, ab vniuerſalibus ad ſpecialia & vltima, eius cauſæ poſſint conſiderari: eueniet tandem vt remotis remouendis in aliqua acquieſcendum ſit, ſiue ea ſit neceſſaria, ſiue probabilis. Iam dupliciter vſurpatur natura: logice ſcili-

Dato naturali in genere aliqua ſpecies danda eſt.

ſcilicet & phyſice. Illo modo omnibus rebus eſt ſua natura ſeu forma & materia: hoc tantum ſenſu comprehenſibilibus, & cum materia mobili exiſtentibus. Si phyſice loquuntur (vt ex hypotheſi neceſſe eſt, nam mobilem ſenſibilemq; conſpicimus materiam) patientur deductionem cauſarum fieri, tandemque aliquam ex omnibus aſſerere cogentur; niſi dato ſuo velint aduerſari. Effectus itaque præſens eſt commotio ſanguinis. Eius cauſa aut violenta (nam & hæc naturalis eſt, nempe oppoſita alteri quæ eſt in natura rei propria, & ſicut naturalis eſt in corpore naturali; ita etiam contraria. Nam eiuſdem ſunt ſcientiæ) aut naturalis eſt. Si fatentur nullam vim cadaueri accidere: falſi iam ſunt, δύναμιν talem eſſe in ipſo mobili ſubiecto; & motum prodire ex ipſa ſanguinis natura. At hæc per ſe in actu non prodit. Eſt ergo aliqua cauſa euocans. Hæc non quæuis, ſed determinata; ea ſcilicet qua præſente & tangente virtute, fit effectus, abſente non fit, decedente ceſſat. Hanc ergo primam motus agnoſcamus cauſam. Ecquid iam manifeſtius? An non δύναμις ſeu natura ſanguinis exiſtimanda eſt talis eſſe. Et vim occiſoris eſſe prouocans primum? Progredere vlterius. Nam nondum ad principium ſeu ſubſtantiam

Natura logica & phyſica.

Ordo inueſtigationis cauſarum naturaliũ.

peruenimus. Ineſt enim hæc vis ſanguini; non vt natura eius & ratio eſſentiæ. Aliter enim definitur ſanguis: Sed ineſt vt adiunctum. Hoc aut perpetuum eſt, ſeu inſeparabile, quale adiunctum proprium eſt, aut fortuitum, ſeu vt euidentius, commune. Illud enim in hoc ſolo eſt; hoc in pluribus. Et viciſſim ſeu fortuitum, ſeu adhærens ex paſſione aliqua, tanquam mutabile. Sicut albedo lanæ, poſſumus tamen vtrumq; appellare fortuitum, & mutabile. Quod propriũ eſt, ſequitur rei ſubſtantiã, & ſine ea non eſt, nam ab intrinſeca cauſa prodit. Quod fortuitum aut ἐπίκτητον eſt, variis alterationibus variat, externamque perſæpe habet cauſam. Expiſcare iam vtrũ ſit in præſente cauſa: & inuenies, quod illa δύναμις neutiquam ſequatur naturam ſanguinis, vt ſanguis eſt; ſed habeat cauſam extra ſuam naturam; ita tamen vt ſit capax alterationis ab ea illatæ. Sic ſanguis a calore; ſpiritu, & principio animalis in homine hoc habet. vt affectibus obſequatur, & motibus cordis, ſeu principij in corde obſecundet, vtpote raptus, tractuſque a ſpiritu & calore. Ab his cauſis ita alterari poteſt, vt poſtea veluti ex conſueto moueatur. Nam tranſeunt in habitum crebræ paſſiones: Et crebritatem vnius, poteſt ſupplere vna excellens, tantumque afficere

afficere simul & semel subiectum passibile, quantum aliæ motiones vix sæpius repetitæ. His ita deductis, an non probabile est, nos naturalē causam attigisse? Inuenta hac, quid opus est violentam contemplari? Pudeat ergo ignauos istos physicos, qui perfunctorie, & obiter inspectis aliquibus sunt contenti, & inde vel superficialem causam arripiunt, qualemcunque, vel ignorantiæ patrocinium quærunt & subsidium ignauiæ, esse scilicet naturalem causam, sed quā scire nō liceat. Hæc ingenia merito ignorantiæ Deo consecramus.

Si aliquid naturale est, a natura denominationem habens, eius vim assequetur. Natura ipsa est materia & forma, vel seorsim consideratæ, vel coniunctim sumtę, tanquam substantia & totum. Si ergo naturale; aut secundum materiam, aut formam, aut vtrumq; competet. Nam si horū aliquid est, iam ipsa erit natura, & non naturale. Quia vero naturæ istæ sunt causæ ex causis autem profluunt effecta; naturalia primū erunt effecta. Deinde tota natura etiam rationē subiecti obtinet a subiecto autem pendet adiunctum: itaq; secundo naturalia dicentur etiam adiuncta. Hæc sunt propria vel communia, seu perpetua vel mutabilia. Causas internas vel externas id est naturales, quæ a mate- *110. & 111. Natura & naturale.*

ria, for-

ria, forma, & ſubſtantia propria ita dicuntur, vel violentas, quæ ab externa ſubſtantia vim faciente appellantur, habentia: Omnia in his ſunt compræhenſa. Quicquid ergo ſecundum hæc non ineſt, nec natura eſt, nec naturale. In hac ipſa contemplatione ſimul rudioribus σύνοψιν quandam compendioſam propoſuimus qua facile poſſint peruenire ad cognitionem naturæ; obſeruato ſimul hoc, in cumulo variarum cauſarum id arripiendum eſſe, quod proximum eſt & determinatum; ſeu quod præſentia & abſentia ſua variat rem ſeu effecta rei, ſiue ſit ſola cauſa, ſiue coniuncta; quæ omnia valde accurate & diligenter monſtrantur in logica Ramea; cuius qui peritus eſt, ita vt cognoſcat ordinem, & neceſſitatem conſequentium & ſe mutuo ponentium, deſtruentiumque, is inſtructus eſt ad omnem ſcientiam facultate ampliſſima.

Inſtructio ad inueſtig. cauſarum naturaliũ.

Ramea logica laus.

112. & 113. 6. Metaphyſ. tex. 2.

Poſtquam a naturali ſcientia digreſſum eſt, reſtant adhuc duæ: (omnino enim tres ſunt teſte philoſopho, ſpeculatiuæ) Mathematica ſcilicet & Theologia. Si patet, mathematicorum figuras, ſeu omnino quantitates nihil habere virium ad naturalem effectum. Nam neque Arithmeticus numerus, neque Geometrica magnitudo ex vulnere ſanguinem proliciet: reſtabit

Ex matheſi & Theologia non petenda huius facti cauſa.

reſtabit Theologia ſeu philoſophia prima quæ circa diuina, ſeu entia vt ſunt, occupatur, non vt mouentur. Nam conſideratio metaphyſica eſt circa τὸ ὂν ᾗ ὂν Seu circa οὐσίαν χωριστὴν καὶ ἀκίνητον. Itaque cum philoſophus conſiderat primum motorem, in phyſicis hoc facit: modo is verum ſubiectum Theologiæ ſtatuit quod tamen non eſt a vera Theologia alienum. Duplex enim apud noſtros eſt ſignificatio Theologiæ vna generalis, quæ res diuinas complectitur omnes ſiue in ſe conſiderētur diuina, vt ſunt, ſiue vt ad hominem & alia ſe habent creata materialia, in qua cōſideratione actiones ſunt plurimæ, Deo quoque ita ſe accommodante ad hominem vt multa, quæ de hoc dicuntur, Deus ſibi ipſi tribuat, vt ire, loqui, ratiocinari, manus, aures, oculos, cor, affectus, habere Alia Theologia ſpecialior eſt, aut potius ſyncerior, quæ exponit eſſentiam Dei & diuinorum, vt ſunt. Diuina autem hic accipiuntur omnia exiſtentia abſque materia, vt nudæ formæ, ſicut loquuntur philoſophi, Deus, ſpiritus boni, mali, & animæ hominum ſiue reuera ſeparabiles, ſiue per ſe ſeparatim cogitatæ. Ad quæ reducuntur etiam Ideæ, tametſi hæ potius ſunt conſiderationis logicæ.) Sed quod ad cruentationem hanc noſtram attinet palam

eſt,

Sub metaphyſ. 5. metaph. 1.

Theologia ſignif. 1. de diuinis tantum per ſe 2. de diuinis per ſe, & de commerciis cum humanis.

Diuina.

est, eam non pertinere ad philosophiam primam, quæ est absoluta Theologia; quia motus est in materia, nec cõsideratur substantia vt est separata & immobilis. Secundum alterum Theologiæ modum potest considerari. Nam ea attingit naturam, habetque operationes Dei & diuinorum in natura, sed hoc fit ita, vt prima causa reuocetur ad Deum; propinquæ vero, quæ attingunt materiam, in hac ipsa proxime quæruntur. Qua ratione iam ante concessimus ad Theologicam causam posse factum accommodari. Sed cum vnicuique scientiæ tribuimus quod suum est, & vltimam hanc causam per se consideramus: licet connexa sit cum causa prima: modo tamen contemplandi seponenda est; Atque ita ad naturalem scientiam pertinebit tota causæ propinquæ explicatio. Nemo autem statuat nos tam impios esse, ac fuit Plinius, Galenus, Seneca, & alij Stoicorum asseclæ, qui negarunt Deum quicquam posse, nisi quod naturæ consentaneum sit. Omnia Deo possibilia cum Theologis fatemur; at cum in hoc effectu natura vtitur, quem etiam sine ea poterat præstare, causam non immerito, quatenus a natura sumi potest, inuestigamus. Nam Deus vtitur natura non ociosa,

Gal. 11. de vsu part. & lib. de organo & factus. Plinius lib. 2. nat. hist. cap. 7. Seneca lib. 14. de benef. cap. 8. licet sæpe vltra stoicũ sapiat.

ssa, sed vt instrumento. At organo necesse est vim inesse, qua fiat id, quod debet. Hanc vim scrutari nobis licet. Ex dictis ergo patet, nos non tantum recte ex physicis indagare causam effecti, sed & nec aliter potuisse, aut debuisse.

Non autem theses hæ (a 105 vsque ad 118.) propriæ sunt huius materiæ: Nam apologiam continet aduersus maliciosas quorundam interpretationes de hopliatria; in qua diximus effectum, aut naturalem esse, aut dæmoniacum; Si naturalis sit, ceremonias adhibitas tantum esse meras imposturas; Sin dæmoniacus, cum neque Deus, neque boni angeli procurent; (Nam hi ita non medicantur, nec vllum, neque in sacris, neque profanis historiis est exemplum.) Quid ergo iam erat consequens? nempe cum nulli genij restarent amplius præter magorum superstitiosorum principes, & mentes humanas: hæ autem ita sanare nequeant, factum istud aperte Diaboli esse. Itaque concludimus, si quæ non sanantur magice ea sanari naturaliter, modo nempe quem Devs instituit, & legitimum esse voluit. At ad hunc minime requiruntur ineptiæ illæ, quas adhibent hopliatri; neque vis ista potest peruenire ad patiens membrum. Itaque tota

Quidam theses de hopliatria maligne sunt interpretati.

tota illa superstitio est temeraria. Nec dissentimus, si quis dicat in his, quia vero curandi modo adistũ superstitiosum confugiunt, diabolicam imposturam accedere, vt scilicet in vulnere possit excitari dolor si ferrum aeri exponatur, vel alias male tractetur. Aut enim ille malus genius causas dolorum tunc machinatur aut mentem pręstingit vt dolere se credat, qui reuera non dolet. Quid quod impellit patientem ad intemperantiam aliasq; actiones prauas, vnde mali humores vaporesue concitati ad effectum locum affluũt eumque distendunt. Sed de his alias. Putabamus aliquem proditurum, resumturumque quæstionem, cuius gratia simul mentionem fecimus alienæ materiæ.

116. & 117. Theologi merito pendent a diuina autoritate. Nam is qui autor, αὐτόπιστος est, & rerum omnium essentias & alia intime non tantum cognoscit vt sunt, sed & vt fuerunt & futura sunt. Hominis tanta perfectio non est; Itaque testabitur hic tantum, quantum sensibus obseruauit ipse, & ratione collegit. Sed quia tam sensus, quã ratio possunt falli, quam firma est authoritas, tam est & demonstratio, seu confirmatio per illam. Hinc euenit, vt veterum autorum scripta legamus quidã, at multa in eis amplectamur tantum probabiliter.

Nam

Nam cum naturæ res ſint perpetuæ: obſeruationes & experientias etiam perpetuas eſſe neceſſe eſt. Quæ ergo nos obſeruamus noſtris temporibus aliter ac veteres; ea non immerito iſtorum fidem in dubium vocant, ſiue quia alias aliæ cauſæ acceſſoriæ mutarunt effectum, ſeu quia non ſatis attenderunt, licet idem multi, nempe alter alterum ſecutus, pariterque deceptus, dixerint. Accedit quod plærique non ſat dextre iudicauerint. Propterea quod omnes circumſtantias ſeu non obſeruarint diligenter, ſeu non potuerint ob raritatem exemplorum.

Itaque non obligamur iſtorum verbis Ad nos plura exempla & inueſtigationes peruenerunt per plurium diligentiam: Et idem fiet, apud poſteros. Itaque nobis promtius eſt iudicium, quam veteribus. Si ſunt res quædam, quæ ob concurſum cauſarum mirabilem, rarumque raro eueniunt, aut quæ ſemel toto mundi tempore ſeu accidunt, ſeu poſſunt accidere, in his ætati ſuæ eſt aſſentiendum; vt fuiſſe diluuium vniuerſale veterum dictis credimus; etſi non experti ſimus nec velimus experiri. Diſcrimen ergo attendendum eſt in his, de quibus autoritas eſt. Et ſi licet per alios iudicij acumine valentes, ſeu per nos non hebetes *Autoritates.*

ingenio periculum facere, & experiri rem ita pronunciabimus, vt illa se habet, siue consentanea veterum placitis dixerimus, siue non. Attendendum tamen, quod illorum rationes nos facilius possint ad veritatis cognitionem ducere. Itaque diligenter sunt cognoscendæ. Et vnus homo non videt omnia; nec si industrius sis, semper succurrent, quæ velis, aut quibus opus est: nec pariter semper es affectus. Itaque auxilio nobis erunt consilia, & rationes aliorum. In hoc tamen duo genera hominum peccant. Quidam enim nihil verum æstimant, nisi quod ipsis sit visum, etsi a reliquorum censuris nimium quantum distet, & cum experimentis pugnet. Pronunciant autem statim veluti si palma foret mundus qua inspecta subito omnia se offerrent. Hos vocat Philosophus imperitos. Pars horum tantum rationem sectatur, neglecto sensu: pars sensum tantum, ad quem applicant, quamuis rationem. Hi ergo sunt αὐτοδίδακτοι, nullius autoris testimonium attendentes. Alij adeo mordicus suorum præceptorum & aliorum dicteriis, etiam falsis, & cum rebus pugnantibus insistunt, vt omnia alia etiam euidentissima reiiciant. Et si quæritur ab ipsis ratio: illud suum αὐτὸς ἔφα occi-

Cur veterum scripta legenda.

Arrogātes sibi solis scientiam.

Nimis creduli seu pertinaces alienæ sententiæ.

occinunt: aut ſi vtuntur ratione ſui autoris, etiamſi paralogiſmus ſit, tamen pro neceſſaria diannoea iſtum obtrudunt. Tales ſunt aliqui Galenici, & peripatetici, & alij, quos nos dicimus recte commiſeratione dignos eſſe dum imbecillitate quadam Iudicij, niſi ea ignauia eſt, proſtituunt omnem ingenij libertatem, & in cognoſcendis rebus vigilantiam, dexteritatemque.

Serui Galeni & Ariſtotelis.

Thema hoc eſt, de quo controuerſia eſt, quodque probandum ſuſcepimus: nempe, eum ſanguinem qui percuſſorem innocentis violentum indicat, vim ſeu δύναμιν in ſe ipſo habere naturali quadam paſſione acceptam, vt commoueatur ad actum præſentis percuſſoris, facto vtriuſque contactu. Non ponimus in quouis ſuanguine eam eſſe nec ſemper eſſe. Nam diſpoſitiones ἐπίκτητοι ſeu habitus acquiſiti interdum non diu manent; Et licet ad eos ſuſcipiendos ſubiectum ſit idoneum tamen niſi impreſſio vel crebro vel ſemel violente ſit facta, non inſunt. In quo ergo ſanguine præcedens alteratio non eſt facta: in eo non ponimus vim illam. Similiter poteſt accedere impedimentum motus. Neque ergo tunc actum ponimus.

118. *Vnde ſanguini emicanti ex vulnere ſine vi, ſit motus.*

Quæſtionis propoſitæ argumentum ex adiuncto totius ad partes adhibetur. Notum enim eſt, quod toti generaliter ineſt, idem partibus homogeneis ineſſe debere: Perinde ac ſi vniuerſali argumento νοητικῷ Scias hominem omnem eſſe ratione præditum; de ſingulari logico idem neſcire non potes: tametſi ſingularia ſenſilia varient circumſtantiis. Nam eſſe poteſt, qui iam inſtar bruti ſe gerat & deliret quique ſit in potentia. Sic de riſu, & hoc ipſo effectu cruentationis. Omnino ſenſilia ſingularia ſunt mutabilia, quod diximus in lib. de viſione aduerſus Zabarellam. Poteramus autem etiam generalius aſſumere argumentum, nempe de omni animali id deprehendi verum, quod poſtea demonſtratur de homine & beſtiis, ita vt thema hoc ſit principium proſyllogiſmi ad comprobationem argumenti aſſumti. De beſtiis ſequetur 129. thema. Sed & ad animata omnino licet tranſire. Nam & in plantis obſeruamus aliquid ſimile; Et his quæ ab iſtis poſt mortem ſeu interitū ſunt ſumta. Nec poteramus res inanimes (Paracelſici etiam his animam ſeu vitam tribuunt) omittere, atque ita comprobare totam naturam talem quandam δύναμιν poſſidere, vt amicis rebus, aut inimicis commoue-

In tota natura affectiones mutuæ conſpiciuntur.

moueantur naturæ ſingulares. Id quod expacianti in rerum experientia, tum promtiſſimum fuerat tum iucundiſſimum. De homine & beſtiis dicitur in thematibus. De plantis conſtat hortulanis, quod a braſſica vitis in contrariam etiam partem deflectat ne eam tangat: Et quam mira recitantur in tractatibus ſympathiarum, & diſpathiarum?

Eraſtus in talibus quærit euidentes cauſas ſimiliter noſtro conatu.

De inanimis conſtat magnetis, Sagdæ, Pantarbæ, Succini, & aliorum vis; argentum viuum ignem vt hoſtem fugit, aurum amiciſſime amplectitur: nec ſic alia metalla vt aurum. Sed & miſcentur hæc. Nam conſenſus elementarium cum cœleſtibus eſt. Putatur etiam diſſenſus, vt manifeſtant conſtellationes quædam, quarum vi terra mouetur. Quam multa eueniunt talia, homini certas res inimiciſſime auerſanti, adeo vt etiam de vita eius ſit periculum ni remoueantur? Contra etiam quantum proſequitur & appetit alias? Ita in omni alio genere ſeu vno ſeu pluribus euenit: vt alia diſputatione conficiemus. Sequuntur proſyllogiſmi, qui- 120
bus confirmatur paſſio humana; tum in functionibus mentis, tum corporis, ſeu his quæ menti ſoli aſcribuntur, & his quæ ſoli corpori, & his quæ vtrique ſunt

communes soli menti asscribitur intelle-ctus agens, tanquam inorganica operatio. Iam norunt seduli in isto opere, non tantum natura se stimulari ad plura semper cognoscenda, intelligendaque, sed de consueto redire impulsionem istam ita, vt interdum etiam non aliter possint agere, quam speculari, quæ res tandem melancholicos vocatos, & sapientes gignit. Idem euenit illis qui hanc animæ vim non exercent sedulo. Nam ita aliena est ab illis contemplatio, vt si compellantur, vel in somnum labantur, vel aliter id nequeant præstare. Est & hoc rei huius argumentum, quod quam rem cum maiore cura cogitauimus, vt fit in nouis, valde mirabilibus aut gratis, aut aduersis, eam animo deponere vix possimus, & vt vt alia suscipiuntur, semper tamen auocamur ad motum priorem. Sed in re manifesta frustra funduntur verba. De corpori soli competentibus thema 122. loquitur. Et humorum motum adducit, id quod non medicis tantum est notissimum, sed & aliis, qui tum in aliis, tum in se agitationes statis temporibus percipiunt. Vnde dicunt quidam se gestare suum diarium secum corpori suo inclusum. Declarantur ista themate sequenti, suntque satis manifesta exempla, vt nisi

Vis firmarum impressionum pertinax.

a vim

a vim manifestæ veritati facturo, non possint negari. Neque hæc solum obseruantur in viuis, sed in defunctis quibusdam, in quibus ad sua consueta loca diuerti humores solent. Nam quibusdam suspensis capilli crescunt; quibusdam ex oculis guttæ delabuntur, ibique concrescere etiam solent. Et quid vulgarius est, quam ad vulnus contendere sanguinem, in venæ sectionibus? Ita etiam in aliis præsertim vbi se enormiter læsum, percipit saucius, eoque vertit cogitationes. Vis enim imaginationis in hac directione magna est, vt in excretis quotidie experimur.

Etiam in defunctis humorum motus consuetus aliquam diu manet præsertim restante aliquo calore.

123. Notus nobis est Theologus quidam primi nominis amicus noster summus, cuius non sine honore mentionem facimus qui exposuit nobis sepe naturæ quoddam munus sibi aliquando obtigisse, vt singulis mensibus certo & infallibili tempore euacuaretur, ad sua loca sponte colluuie humorum concurrente, & naturam leuante. Id postea cognouimus etiam aliis vsu venire. Expultricis naturæ vim hanc esse dixeris. Credo sane sed neq; alia sine natura fiunt. Et oportet principiũ aliquod motus esse: siue id voces naturam propriã, siue ἐπίκτητον, quæ interdum etiã est conci-

G. M. Th.

tatior natura propria. Quis enim ignorat vim consuetudinis? Sat documenti est in canibus istis, quorum alter ad venatum, alter ad otia erat assuefactus. De bilioso illo meminit Fernelius: nec nostris vinipotoribus res incognita est. Cur autem ad ventriculum potius, quam per naturalem viam ad intestina moueatur humor, non præsente obstructione, possit quidem copia etiam per alias vias exuberans causa esse: Sed quia lurcones tales crebro solent vomere, hunc modum assuefactione postea in naturam acquisititiam transiisse consentaneum est. Et notum est medicis, in pluribus per alias vias, quam per intestina aut vesicam exonerari humores: vt illi cui per vmbilicum exibat lotium; alteri stercus per vulnus citra vitæ incommodum graue. Aliis sudores sunt consueti; aliis sputa.

Bilis rediens ad vomitũ consuetum.

Thes. 124. Sensus & affectus.

Actiones corpori & animæ communes sunt sensus, affectusque. In his obseruamus idem. Et non tantum si homines sunt, sed & si bestiæ: quanquam, vt habet thesis 127, ratio in hominibus quibusdam magis quibusdam minus obsequitur. Nocturno tempore iratis redeunt diuinæ pugnæ; aut etiã si frequẽter alioquin quis solitus est contendere. Et quidã nisi cõcitentur so-

Iratorum prælia nocturna.

tur so-

tur solito modo, vix viuere possunt. Itaq; morosi & iracundi existentes, a parua sæpe re occasionem tumultuandi sumunt. Si ad desuetudinem admoneas, negant posse. Sicut quidam assuefacti ad furandũ, vix abstinent manus. Crebræ sunt ita impotentium voces, se nisi vita posita, ponere morem suum non posse. At ille non est nisi ex crebra actione acquisitus habitus quidam. Inuenias quosdam qui manibus pedibusque gesticulentur, etiamsi aliud quid agant, cogitentque. Nempe solito motu istæ partes concitantur. Sed hæc omnia domi cuiusque fere nascuntur. In sensibus deprehenditur idem. Assuetum vigiliis, & exercitio sensuum, si coegeris abstinere, actũ egeris. Recurrunt somni, vigiliæque suo tempore. Non autem hæc naturæ primæ ascribi posse, indicat mutatio in aduersum. Sæpe enim somnolenti fiunt alacres, vigilesque assuefactione, & contra vigiles euadunt somnolenti. Licet idem dicere de naturali virtute, quæ ad corporis conseruationem, nutritionemq; spectat. Noui heluones, qui natura tales non sunt, sed assuefactione. Hos, nisi præbeas potum præsertim consuetis temporibus, occidas. Nam & in morbos incidunt, denegato, quod potent. Narratum est nobis exemplum cuiusdam barbiton-

Mores moliti.

Gesticulatores.

Heluones assuefactione.

ſoris Lipſenſis, ni fallimur, cui conſuetus potus in prandio cœnave erat ſeptem cantharorum Lipſenſium. Huic in febrim illapſo minuere medici pocula volebant, & vnciatim inſtillare ſat tenuem cereviſiam. Sed ille vix detrahi partem tertiam ſibi eſt paſſus. Viſi auditique ſunt nobis abſtemij primum, at quibus poſtea arriſit vinum, vt nullis eſſent heluonibus inferiores. Idem aliis accidit in potu cereuiſiæ. Recitatur hiſtoria ex Vadiano de quodam ad nocturnas vigilias nato, qui non potuit abſtineri ab eſu felium, canumque mortuorum. Sed in hoc poterat etiam alia cauſa eſſe: ſcribunt tamen Tartaros quoſdam ex conſuetudine delectari eiuſmodi cibo: qui ſi ad humaniorem vocarentur, procul dubio relicturi eſſent feritatem.

Abſtemij verſi in temulentos vt Paracelſus.

Noctu vigilans.

Vide peregrinationē Martini a Baumgarten, de Aegyptiis agaſonibus.

128. Iracundi.

Experiuntur hoc crebro noſtri homines. Nam adeo tenaces ſunt irarum, vt ſi deſit hoſtis, quemuis etiam ex amicis prouocent, data parua occaſione. Et plurimi irreconciliabiles ſunt, nec poſſunt ſopire affectus vlla admonitione. Quidam poti in hæc verba erumpunt, neceſſitate ſe compelli ad pugnas, nempe conſuetudo compeſci vix poteſt. Quidam vel viſu anſam rixandi arripiunt. Sed hæc vulgaria ſunt. Non poteſt ignotum eſſe de canibus

Potores percuſſores.

bus quod dicimus: vt nec illud, quod plærunq; etiam cæsores, carnifices agnoſcant, & fugiant, a quibus tamen nihil ſunt paſſi violenti. De quodam cane narratur, quod percuſſorē domini ſui perſecutus ſit, eumque latratu & morſu prodiderit. Adeo non ſuos tantum hoſtes, ſed & dominorū infeſtant. Deducit autem nos hoc thema a crebris actionib. imprimentibus habitū, ad violentas, quæ poteſtatem multarum non adeo violentarum obtinēt. Nam vel ſemel agitatus canis infeſtus redditus, nec etiam abſente, & remoto eo, qui agitauit, latratū ſiſtere poſſunt. Sic nec aliis beſtiis agitatis tuto occurres licet ſis illis notiſſimus. Spacium dandum eſt iræ, donec deferueſcat, quod non obſeruans ille vrſi curator, ab eo eſt diſcerptus.

129. Canum pertinacia.

Vide Camerarij obſeruationes.

Ita in me ſæuiit aliquando ſciurus, quem placatum putabam.

Quæ hactenus dicta ſunt de aliis, ea accommodātur iam ad ſanguinem, vt de ſimilibus idem fiat iudicium. Eſt autē & hic generali axiomate comprehenſus. Itaque idem pati poterit. Arguitur autē non ex ſimili tantum, ſed & maiori, quo efficaciores ad hunc alterandum ſunt cauſæ, isque ad patiendum procliuior. Conſtituimus autem veluti nouum thema ſubalternum, quod poſtea peculiariter arguimus. Alterationem ſeu naturalem ſeu violentam in contrarium eſſe, manifeſtum

130.

Alteratio. 131.

festum est. Nam ex albo fit non album, puta nigrum vel aliud genus colorum. Nec posset fieri album, nisi alterans, seu dealbans proximum, esset huius naturæ. Nam agentis naturalis finis est similitudo passi. In quibusdam potentia vicina inest, nec in his mutatio ad contrarium requiritur, nisi secundum quid: vt cum radendo aliquid dealbatur, cuius potentia in actum educitur, seu potius occultatus ab obiecto actus manifestatur: quanquam in aliquibus etiam dispositio noua, raritatis scilicet: ex consequente luminis receptione diuersa albedinem inducit. In quibusdam etiam potẽtia præparatione quadam inducitur, potentia scilicet talis, non autem omnino patiendi. Nam subiectum est capax alterationum: primum quidem omnium naturalium, reliquorum, prout disposita sunt, longius vel proprius absentia a primo. Vnde & apparationes variãt. Sed de mouentibus actu dicitur, quod actiones eorum sint passiuorum, non autẽ ipsorum agentium. Necesse itaque est, ita moueri subiectum, vt mouet agens, & tandem quantum potest, ad eius naturam redigi. Nec refert, si in quibusdam, vbi sc. remotior est potentia, crebriore actione, & diuturniore est opus. In quibusdã non: quædam etiam omnino non possunt actũ recipe-

Finis agentium naturaliter.

2. de anima. tex. 139.

recipere, vt lapis nulla proiectione fit spõte mobilis. Promtius itaque in symbolicis fit receptio naturæ similis, vt physicis constat. Et cum de aliis motibus axioma verum sit, de alteratione non poterit fallere. Est enim generale. Sed obiiciet aliquis, illum sanguinis motum alteratioẽ non esse, cum loco moueatur: Itaq; aliud quoddam loco mouens requiri. Dicemus, alterationem eam esse veram: siquidem fit in subiecto manente eodem, mutatio; Eodem autem, non secundum formam viuentis, sed propriam humoris, quam misti formam aliqui vocant. Nam sanguis mistum quid est, sequitur aũt illam vis quædam, motus localis causa, si assit actus prouocans, nec quid obstet. Sic ferrum magneti affrictum inde alteratur, ita vt possit attrahere aliud ferrum, aut etiam moueri ad arcton, vt in ligulis horologicis apparet. Quomodo ergo natum erat moueri alterans ad talem actum, ita postea mouetur alteratum. Nec refert, si ante cædem alterans causa in animo fuit, qui notitiam hostis habuit. Nam naturaliter etiam post notitiam procliuitas ad similem motum manet, cum scil. virtus cum spiritu aliquo aduerso exiens prolicit δύναμιν. Et hoc fit tunc magis, cum ipse percussor præsens commouetur, anxius animi ob factum.

Sanguis alteratus vim accipit certi motus ad præsentiam sui agentis.

Et diri-

Meticulosi immutatio ad similitudinem veri percussoris, si valde commoueatur.

Et dirigitur spiritus cogitatione, quæ ex imagine percussi oritur. Infra dicemus, quod non sit absonum si aliquis meticulosus, valde consternatus ob id, ne indicetur, atque ita reus iudicetur, etiamsi sit innocens, hac ipsa perturbatione halitus ad mouendum dispositos, tanquam veri percussoris essent, emittat, atque ita motum prouocet.

132.

Magna causæ effectus magnus, æquat aut etiam superat vim inualidorum efficientiũ crebro repetitorum.

Hoc sæpe iam dictum est. Et exempla sunt in promptu. Paruus calor paulatim liquat niuem, magnus repente. Magnum periculum audaces reddit, & confidentes semel: quos parua pericula non nisi crebra facerent. Nausea sæpe contrahitur aduersantium medicinarũ vsu mediocri crebrius repetito; At eandem concitaueris medicina auctiore, fortioreque. Aqua chalybeata vim astrictoriam chalybis accipit crebriore paruæ massæ extinctione. Magnam quantitatem accipe & effectum semel præstabis. Adde quod in quibusdam semel confertim adhibitis vis sit penetrantior, mutatioq; maior & diuturnior. Empyreuma violentum magni ignis seu nidoris, diutius hæret, estque efficacius, quam si sæpe per interualla vi minore id tentaueris. Imo etiam quod crebro repetita parua actio nequit, id magna vna potest; Nam parua actio tandem con-

suetudine nihil offendit: magna offendit. Non læditur mithridates veneno, quod ei esset assuetus, parua quantitate cum alexipharmaco sumta. Interemtis eundem, si ab initio magnam exhibeas. Puella quædam ab araneis voratis paulatim ad maiora venena confirmata fuit. Qui secundo flumine rapido deferuntur, a magna causa breui tempore tantam concipiunt vertiginem spirituum, vt sat diu post, omnia visa simili appareant rotatione circumacta. Idem non patiuntur leui fluuio delati. Nec verisimile est, si quis hosti suo crebro conuersetur, eum diu posse fouere affectum hostilem. Nam amicitiæ fundamentum est conuersatio. Itaque semel ab eo enormiter læsus, id patietur, quod a læsione frequenti non fieret. Confirmant hoc hostium castra. Nam adeo discunt negligere hostes, & non curare tormenta, vt etiam inter tonitrua & fulmina belli saltitent & lætentur.

In insolitis autem & impræuisis, fortius commouetur animus, vimque imprimit suis membris validius. Verum enimuero quod ad axioma istud attinet, notanda est diuersitas effectuum. Nam quædam validam requirunt causam, quædam non validam, licet crebro recurrentẽ. Nam vi non

Varietas effectuum pro natura agentium & patientium.

exca-

excauatur lapis a gutta, etiamsi simul cadat centies millesima: at excauatur crebro eius casu. Qui violento igni velit calefacere vitrum frigidum: is sine eius ruptura id non possit, vt nec candens refrigerare vno impetu. Qui liquatum cuprum restinguere statim multa aqua cupiat, is quo pacto periculum excussi ex fornace euitet, dispiciat. Fit tamen etiam hic vno motu violento, quod nō fieret multis paruis. Determinati sunt quidam effectus. Itaque ad eos nō peruenias nisi paulatim. Experiuntur idem Chymici, dum salem nitri, antimonium, & alia imprudentius coquunt, festinantque in opere: quā causam esse putem, vt pauci attingāt scopum in metallorum expurgatione ad formam auri, etiamsi artem calleant. Festinantia enim a diabolo est; Inquit quidam artifex. Sed quanquam hæc ita se habeant: nihilominus καθολικὸν est, quod diximus, nempe id posse fieri a causa vehemente semel, & vnica actione, quod ab imbecilli eadem vix longo tempore fieret: quin & interdū non fieret: vt sal nullo paruo igni funditur, magno fundit. Spiritus salis & vitrioli egent igni reuerberij, vt vocant. Arenæ non mediocri flamma liquescunt, vt nec ferrum. In aliquibus tamen tandem crebra actione peruenitur ad finem eundem.

Hoc constat maxime in Chymicis operibus.

Festinatio corrumpit operum quadam.

Cum

Cum confectum sit, motum naturaliter ita posse euenire: sint autem tria in cadauere secundum Hippocraticam diuisionē contenta, vt humores, continentia, vt vasa seu solidæ partes, & spirituosa, quæ vocat impetu lata seu concitata, quæstio est cur nō potius alia, quam sanguis faciant indiciū, præsertim aūt spiritus, & solida, quæ sequuntur motum spirituum. Plures sunt causæ, cur solida non possint in cadauere tali moueri. Sunt enim ponderosa, nec requiritur ad ea vis parua, vnde quæ causa ea mouet localiter, eam oportet sat validam esse, siue interna & connata sit, siue externa, & violenta, quo pacto vi magica prolicitus genius transferre & mouere cadauera memoratur. Sed interna & naturalis est in ipso subiecto, cum conatu principis animæ, caloris & spiritus in musculos neruosque debite deriuati, qualia principia in cadauere non sunt. Nam vt sint spiritus & calor: princeps tamen pars abest: nec tanta est quantitas istorum, nec si fieret conatus, restitaret, musculosque intenderet spiritus per vulnus facile elabens. Interea autem & solida oportet esse motionum instrumenta. De calore & spiritu aperta ratio est. Sunt enim calor quidem qualitas, tactu notabilis, spiritus vero non ita corporeus, vt sub

133. Thesis.

Cur sanguis & non alia indicent.

visum cadat. Non enim coloratus est, aut ita torminatus, vt in eo collecto lumen progignat colorem. Itaq; elabitur insensilis. Si quis tamen in sanguine calor, spiritusq; restat, cum ita connexa sint hæc tria, vt facile alterum moueatur cum altero, indicium per spiritum etiam dari non est absurdum, sed quod ex sanguine deprehendatur. Necesse autem est in sanguine fluido, spiritum quendam & calorem residuum esse. Nam alioquin concrescit, & stat immobilis. Relinquitur ex his, sanguinem solum posse indicium manifestum facere; Id quod etiam visu deprehenditur. Astipulantur his & alia quædam argumenta, quę in sequentibus enarrantur.

Non est absurdum etiã spiritus indicare, si obseruari possint.

143. Cum indicio relicti sint humores: Suntque hi in corpore varij, vt bilis vtraque, pituita, serum, ichor, semen, & alij post sanguinem, ostenditur nullum ex illis idoneum esse ad indicandum. Oportet autem hic accipere sanguinem, vt in venis est, ac arteriis: nempe non sine mistura quinque humorum, sanguinis, proprie dicti, Ichoris, pituitæ, bilis vtriusq;, quæ in venali sanguine deprehenduntur potissimum.

144. Quinq; potiss. argumẽtis, sanguinẽ non alium humorẽ potuisse ita moueri comprobamus. Primum ex prouidẽtia diuina

uina est, quę in sanguine maxime apparet: eandēq; quædā dicta scripturæ diserte notant. Eam facultatem sanguini indidit cōditor, vt materia hominis possit esse, tum generādi, tū cōseruandi, quod attinet ad corpus eius. Deinde in eo ipso omnes toti⁹ vires quoddā quasi præsidiū habent. Vnde nulli animaliū est vita, nisi sanguinem, aut analogū obtinēti. Hinc dicit in eo esse vita: eo effuso insigniter, collabescunt vires: effuso ex corde cū spiritib. interit animal. Prohibet idē comedi, certū vsum obtinuit in sacrificiis, & spiritus immūdi in suis impuris sacris hoc ipso æmulati sunt, poposceruntq; diuinos honores. Sic innocua cædes designari solet per sanguine pollutas manus, & per sanguinē innocentem effusum. Idē sæpe ponitur pro homine toto: In illo ipso quippiā arcani esse, tacita animorum religio confitetur. Hic dicitur accusasse fratricidam. Ille ipse sæpe alias est innocentiæ testis. Omnino tum Philippus Melanchthon, tum alij hoc ipsum τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν in sanguine annotarunt, & veteres vna cum recentib. pudoris, impudentiæq;, & aliorum affectuum, sedem aut indicium ei tribuunt. Vnde concludimus, cum tanti sit sanguis, non immerito quendā naturæ characterismū in eo poni. Qui historias consulere velit, poterit ista

Argumentā sanguinem moueri potissi.

In sanguine characterismus naturæ.

quę cōpendio congeſſimus in immenſum ampliare. Et quidem quod attinet ad ſacras hiſtorias, eæ debebant ſingulis notæ eſſe ex bibliis. In aliis legimus, quanta per ſanguinem molitus ſit diabolus. Iulianus Apoſtata baptiſmū ſuum ſanguine victimarum immolaturū abluere conatus eſt, vt dicitur in 6. tripart. cap. 2. cuius rei ille pœnas dedit ſuo ſanguine, ſua manu in aerem ſparſo, vt eſt cap. 47. Notum eſt diabolum ſuos ſibi obligare interuentu ſcripturæ exaratæ proprio ſanguine, ſi gnara ſint literarum eius mancipia, habenturq; variæ hiſtorię paſſim apud Bodinum: Fuit olim etiam mos Ethnicus in ſolennib. ſacris foſſę infundere ſanguinem, eamq; obire ſaltitando, vnde Leuit. 19. dicitur: Non comedetis ſuper ſanguine, id quod annotauit idem Bodinus. Victimas cruentas diabolum petiuiſſe teſtatur illud Virgilij:

Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa:
Sanguine quærendi reditus.

Apud Langium Epiſt. lib. 1. Epiſt. 24. de ſanguinis ad reſtinguendum amorem vſu ſermo eſt: Plini. lib. 28. cap. 1. Corn. Celſ. lib. 3. cap. 23.

De Gnoſticorum hæreſi multa narrantur. Vide Langium lib. 1. Epiſt. 71. de Iudæis. De latronib. narratur, quod ſanguine occiſorum poto vel cum pane comeſto reddan-

reddantur ad omnem cædem audacissimi. Similia innumera licet colligere vacanti. Nos omissis historiis rem persequemur.

Patuit argumentum de diuino quodam characterismo sanguini impresso: vnde non immerito cõcludi potest, hũc esse statuiq; recte indicẽ sui aduersarij, motu sui seu concitatione naturaliter acquisita.

Argumentum aliud a coniunctorũ mobilium potestate, quod satis manifestũ est, & conspicuum in affectibus animi, aliisq; cõmotionibus. Notum est qua necessitate cõiuncta sint, vitæ principiũ primariumq; eius instrumentũ; vnde vno patiente alterum affici necesse est, & ita porro in deinceps sequentib. vsq; ad vltimũ. Est.n. quasi colligatio quędã, qualis in machinis versatilibus concinnatur, in quib. moto principio reliqua agitantur, & vicissim. Itaq; vt maxime dicendi essent spiritus prima motus causa: de sanguine idem non foret negandum, quanquã deinceps locatus commoueretur. Sed nos facilitatẽ, seu procliuitatem quandam ad motũ concludimus, propter spiritus & calorem. Vnde probabile est, hunc moueri potius quã alios humores, quibus principaliter talia adiumẽta non sunt conata. Inesse autem sanguini spiritus caloremque debere, contraria passio absentibus illis testatur. Nam 145.

Sympathia connexorũ in nobis.

Sanguini cũ in venis conclusus est, spiritus assunt naturaliter.

frigore & defectu ſpirituũ concreſcit, fitq; immobilis. Nec ignoramus effecta caloris frigorisque ad motum, & immobilitatem, non in animalibus tantum, ſed & inanimatis. Inde concludit Philoſ. aliquando non immerito ignem calidiſs. eſſe elementorum, terram vero frigidiſs. ſiquidē ille mobilitate adeo viget, vt etiam forma dicatur. Terra vero quiete ſumma ſtabilis eſt; quanquã alia quadam ratione vtrumque elementum dicit imitari τὰ ἄφθαρτα: ſi quidem ſint ἐν μεταβολῇ καὶ ἀεὶ ἐνεργεῖ. καθ' αὑτὰ γὰρ καὶ ἐν αὑτοῖς ἔχει τὴν κίνησιν. Ex dictis patet talis diancœa.

4. Meteor. 3. cap. 2. de cœlo tex. 96. & ſeq.

9. metaph. cap. 9.

Cui plures ad mouendum cauſæ ſunt, & potiores, id motu ſuo indicium dare, & conuenientius:

Sanguini, &c. Ergo, &c.

Patet aſſumptum, tum per internam vim ad motum deſtinatam, aptamque ad finem talem peculiari prouidentia, tum per adiumenta concitationum.

147. *Nutrimentum.*

Nutrimentum oportere potentia ſimile eſſe nutriendo, certum eſt. Nam in eandem abit ſubſtantiam. Iam ſanguis deſtinatus eſt primo alendis omnibus in toto membris; Toti ergo corpori poteſtate reſpondet, eiuſq; proprietates ſuſcipere eſt natus. Sed & de altero principio, forma ſc. idem cõfirmari poteſt. Nam ſi augmentũ

ſecun-

secundum formã sit, teste Philosopho sanguis autem est augescẽtis materia: ad formam etiam similitudinem obtinebit. Deinde non dissentire a forma debet, quod eiusdem sit per nutritionem subiectum. Sed & operationes de anima testantur, ꝙ ea vires in corpore exerat per calorem spiritum & sanguinem. Etenim sine sanguine sensus nõ est: nec sine hoc moto animi παθήματα. Quid idem iuuet intellectum, cum veritate, experimẽtis cõprobata, docet Phil. 2. de part. an. 2. Constat ergo instar totius obtinere sanguinem. Idem confirmatur semine, quod ex illo gignitur. Insuper primum in corde continetur, ibiq; vt in vniuersali membro vim ad omnia accipit. Eo ipso deficiẽte omniũ membrorũ deficit virtus, vitaq; ꝙ argumẽto est, ipsius interuentu omnia esse, & bene esse. Constat ergo axioma 147. Deducimus autẽ inde, ꝙ totius affectiones facile suscipiat, in eiusq; locum veniat, adeo vt consentiat ad motũ illius, nec raro moueatur similiter, vt sic non immerito dicere possemus, sanguinem in indicio hoc id præstare, ꝙ alioquin fuisset hominis totius. At hoc ipsum nullus alius humor exequi potest. *Sanguinis vsus in animæ functionibus.*

Sanguinem in corde informari Galenicis paradoxũ est, confessum axioma Peripateticis. Et disputatũ multis seculis est in- 150.

ter partes maximis cõtentionibus. Litem videtur dirimere voluiſſe Zabarella. Nos eam relinquimus. Noſtrum Thema videtur παραδοξότερον primo aſpectu. Nam cũ dicimus ſanguinem informari in corde; Videmur non quemuis, qui rubet humorem ſanguinem appellare, ſed eum tantũ, qui in corde eſt informatus. Verum nobis nihil dicitur miri. Omnino enim ſanguis non eſt (niſi ὁμονύμως) niſi formam hanc, vt ſit id quod eſt, a corde ſit conſecutus. Hoc enim ſolum membrũ hanc vim obtinuit, vt vltimum nutrimentum, omnibus aptum partibus præparet, ſeu intra ſe, ſeu virtute emiſſa. Patet hoc in affectionibus animi, quibus contabeſcit corpus totum, patet & ex pulmonum vlceribus, & febribus, & aliis cor tangentibus morbis, quib. præſentibus tabes, ſeu atrophia comes eſt, aut pediſſequa. Deinde cum ſit caloris ſpiritusque vitalis fundamentum, & materia, iſta autem radices in corde obtineãt: ſanguinẽ in corde informari, atq; ita quaſi omnia connaſci, vt non diffluãt neceſſe eſt. Alioquin quomodo a fonte hauſtas vires ad corporis partes reliquas perferret citra diuulſionem? Nec eſt vt cõfugias ad ſympathiam epatis cum corde. Multi vixerunt ſat carnoſi affecto tamen iecore; Quidam etiam ſine iecore vitam tolerarũt, quibus nihil-

Sanguis cordis primũ et per ſe ſanguis eſt: Reliquus niſi cordis virtute ſit informatus potius humor ruber eſt, & ſanguis æquiuoce.

nihilominus ſanguis fuit. Et in principio generationis primo omnium cor ſanguine plenum eſt.

Sanguinem pulſu moueri; itidem arguit, eum cum vitæ principio valde affinem eſſe. Nam iſta vis cordis propria eſt. *151.* Mouetur autem cor primo; ita vt alia omnia membra inde habeant initium motus. Quod planum facit ſyncope, & contentio in aggrediendis operibus, ad quæ opus eſt robore. In ipſo vitam explorant medici. Nec mortuus cenſetur, cui hoc palpitat. Sed ne principium petamus dicimus poſitionem noſtram non tantum mutuo argui per hoc, quod cognationem cum principio habens arctam valde; eius motum ſequatur: ſed & philoſophus eandem agnouit, vbi dicit σφύζει δὲ τὸ αἷμα ἐν ταῖς φλεψὶν, ἐν ἅπασι πάντῃ ἅματοῖς ζώοις: quod ipſum affirmare videtur nõ tantum propter experimentum, ſed & rationem. Nam vt in omne corpus ad nutriendum perferatur commode: affluere debet per canales ſuos: id quod non ſaltem attractu egentium membrorum, & expulſu ſaturatorum fit, verum & eius ad ſubſidium natura ſua parati, acceſſu; cuius gratia motum quendam accepit. Eadem vi etiam venæ ſunt præditæ; Nam & hæ ex corde egreſſæ eius naturam retinent; licet arteriæ ma-

3. Hiſt. an. 19.

In lib. de reſpir. cap. vlt. id venis tribuit propter ortum ex corde.

riæ magis, quam venæ proprie sic vocatæ. Insuper συςωμώσει quadam crebro coniunguntur venæ & arteriæ. Non itaque absurdum est, communicari etiam affectionem. Sanguinem sane σφυγμὸν quendam obtinere, norunt etiam nostri barbitonsores; qui sæpe id obseruant tum inter secandam venam, tum in peluiculis in quibus non raro palpitat. Vnde inquit Langius stolida opinione imbuti animam cum sanguine exiisse, præcipiunt, vt is resorbeatur. Et quæ causa tam violentũ eiiceret, ex pertusa vena sanguinem? Languidus cum est, non exilit; vt & cum crassus viscidusq; nimium. Nempe vis eius ibi deficit; hic impar est mouendo. Spiritu solo in altum non truditur sed accedẽte impetu proprio, & suo. Vas seu canalis aliquid confert, at non totum. Plenitudo etiam aliquid; sed hæc non est perpetua. Procliuitas minimum rationis adepta est. Nam etiam vltra caput elata manus vena si percussa fuerit penetrante ictu, eiaculabitur sanguinem. Verum si tantum hoc obtinuerimus, quod nos obtinuisse persuasum habemus; sanguinem venis omnibus conclusum palpitare, alibi magis & euidentius, alibi minus & obscurius; siue ea vis illi insit soli, siue adiuuantibus spiritibus & aliis, veritatem attigimus.

1. lib. epist. 8.

Concer-

oncertant alij de arteriarum vi pulsifica, ne hæc eis insita naturaliter; an accesria, a corde, vnde influat. Galenus dutasse videtur. Is sanguini quidem vim tam pulsantem non tribuit, contra ac ristoteli placuit; neque etiam venas pulre admittit, cum eas vocet ἀγγεῖον ἄσφυον. ὁ μήθ᾽ ὅλως σφύζει: de arteriis tamen aserit quod sint ἀγγεῖον σφύζον; non quiem virtute propria, & insita; sed inuente ὅτι ἡ καρδία ἐπιπέμπει τὰς δυνάμεις. His aduersa habentur in 2. de causis sympt. ap. 2. Vbi membra palpitantia a pulantibus arteriis distinguit, facto axionate tali: οὐ δὴ ὥσπερ ταῖς ἀρτηρίαις αὐτὰ ᾗ κατὰ φύσιν σφυζούσαις εἰκὸς εἶναι τινα δύναμιν ἔμφυτον, οὕτω καὶ τοῖς παλλομένοις μέεσι. Manifeste dicit naturaliter pulsae arterias vi insita; membra autem trenentia hanc affectionem non obtinere ta. Pulsus itaque causa Galeno modo nsita est arteriis, modo a corde influit. Vallesius asserit illustratione quadam nfluere vim istam per tunicas arteriaum: argumento quod partes arteriæ aqueo interceptæ non pulsent, etsi spiritus influat inserto calamo. Galeni autē discordiam σοφῷ φαρμάκῳ ambiguæ locutionis palliat quasi vim insitam appellarit eam, qua possit dilatari ad pulsum naturaliter;

Vis pulsifica arteriarū.

Galeni dubia sententia.

In 6. de pl. Hip. & Plat.

Vallesii illustratio.

raliter cum interim δύναμις a corde influa
Itaque arteriis tantum dispositionem quã-
dam ad talem motum suscipiendum na-
turaliter tribuit, quam philosophi poten-
tiam passiuam, quæ est materiæ, solent ap-
pellare. Sed neq; argumentum eius quic-
quam roboris habet, neque vera est excu-
satio. Nam pars laqueo intercepta, poten-
tia iam diuisa est a toto. Itaque eius pulsu
non intermittitur, quia virtus non influa
per tunicas continuas; sed quia instar e
mortuæ & separatæ a communi principi
est. Id quod arguitur in sentientibus fir-
miter ligatis in quibus stupor oritur. E
notum est nullius partis δύναμιν valere n
presto sit cordis adiumentum per spiritun
& calorem. Deinde argumento isto non
arguitur thesis, quæ erat. Arteriæ non
habent sibi insitam vel connatam vim pul-
sificam; Argumentum huius quia ea in-
tercipitur laqueo, interim tamen spiritu
affluit per insertum calamum. Non in-
quam arguitur quia interceptio non ho
ostendit; Sed aliud, nempe tum separatio-
nem, tum virtutis generalis communio-
nem ex solutione vnitatis potentialis, se
continuatis interuersam. Itaque pecca
Elencho οὐχ αἰτίας. In excusatione Galen
manifestam vim facit textui. Non dici-
tur illis dilatandi potentia inesse, sed arte-
ria

s ἀεὶ καὶ κατὰ φύσιν σφύτειν: cuius causa est
ναμις ἔμφυτος. In lib. 1. de causis pulsuum;
noscit δύναμιν σφυγμικὴν cuius organum
arteria. Nam hanc dicit esse tertiam
usam continentem pulsus. Et organum
te confirmatum. Iam autem natura in-
enerauit ipsas organis potentias confi-
nte hoc quoque Galeno. Cur ergo ne-
et idem vim pulsiuam esse connatam ar-
eriis? Sed nos omissa quæstione de causa
ulsus, contenti sumus, ostendisse san-
uinem solum inter humores pulsu mo-
eri, siue illa vis sit in ipso siue in venis &
liis coniunctis, a quibus quodammodo
am accipit. Et quidem in ipso primum
non esse, ostendit illatiua particula:
NDE: quasi diceremus, ratione infor-
nationis eius in corde, quodque vehicu-
um est spiritus & caloris vitalis, eum si-
militer quodammodo moueri, aut ad ta-
em motum aptum esse, cuius non ob-
scura edit argumenta pro modo consi-
tentiæ & naturæ suæ. Vt tamen actu mo-
ueatur non negamus concurrere causas
plures, etsi in ipso sit potentia. Sæpe a cõ-
iunctis fit, quod non a singulis.

Non quærimus hic, sit ne aliquis pulsus amatorius, seu aliqua differentia ex qua amor possit deprehendi, sed dicimus amorem persæpe innotuisse sanguine intra *Thesis 154.*

arterias

arterias venasq; valde commoto, concitataque vi pulsifica in corde & arteris. Vnde intelligimus in animi affectibus vehementioribus, sanguinem agitari perturbarique simul non mediocriter. Historia est apud Galenum lib. de præcognitione ad Posthumum cap. 6. quomodo & quibus circumstantiis deprehenderit ex pulsu fœminam quandã Pyladis hystrionis amore captam. Similis est apud Valerium Maximum de Antiocho perdite amante Stratonicen matrem suam, quem affectum deprehendit ex commotione sanguinis, & pulsu Erasistratus. Recitat Cornax quẽdam adolescentem assidentem suæ amicæ ex vena rupta in temporibus copiosum feruentissimumque sanguinem profudisse: Similia facta frequenter annotantur ex quibus patet, quãta vis sit animi affectuum, quæq; consensio sanguinis cum principio, quod est in corde præses perturbationũ. Nam cum animus prosequitur rem amatam, aut aliam desideratam, vna effunditur sanguis, & in venis cõmouetur, oculosq; & vultum implet. Cum vero auersatur & fugit, sanguis refugit a superficie ad centrum, vt in meticulosis, & sic in aliis, pro vt motus simplices sunt vel misti.

Amor indicatus sanguinis motu.

Animo obsequitur sanguis.

Occupamur adhuc demõstratione sanguinem solũ accepisse hãc vim, vt prodere

motu

motu suo percussorem possit, & iam con-
cimus inter humores quatuor primarios
illi soli cōpetere; qui & solus (accepimus
otam sanguineam massam siue venis, ve-
osoq; genere, siue arteriis cōprehensam)
rodire cōspicitur, & signum edere. Verū *De sero & halitibus.*
um etiam serum seu aquosa quædam hu-
miditas excrementicia tam in venis, quam
habitu corporis contineatur, quæ interdū
per poros erumpit, sudorūq; materia est.
int etiam halitus sæpe numero oberran-
es aut subsistentes alicubi, qui vel per se e-
adunt, vel in summo concrescunt, mado-
emq; & sudorē præbent de his itidem cō-
emplandū est, num quid viriū ad præsens
ffectū obtineant. Ad serum quidē Icho- *Serum.*
osum quod attinet, certum est sanguinē
naturalem eo nō carere. Nam id venarum
ectiones oculis ostendunt, & ratio mon-
trat, id esse sanguini post spiritus & calo-
rem fluoris promptioris causam. Hoc er-
go comprehendimus vna massa sangui-
nea. Illud autem quod extra venas in ha-
bitu corporis est, & sudores efficit nega-
mus posse indicium facere, vt & halitus
seu vapores. Causæ multæ sunt. Etenim,
nisi temere ex concidentibus poris, hu-
midumq; suum exprimentibus conuulsi-
uncula quadam excidat; aut ex vaporoso
aere corpus circumstante affluat illi, vt
in sum-

in summo in rorem concrescat, (qua ratione nihil signaret, vtpote fortuito accidens aliaque de causa) necesse est vt virtutis expultricis vi secernatur. Nam ipsum per se motus causa non est neque nisi copia, aut grauitate deorsum versus, exuperet, exilire potest. At excretricem vna cum reliquis facultatibus collapsam esse, mors argumento est. Hæc enim vitam tollit; qua absente nihil actionum vitalium præstari potest. Qua vi autem vermes in cadaueribus gignantur, & pili sordesque crescant, constat. Nam excretoria illa non est; sed calor viuificus ex potētia materiæ id procreans, quod nasci aptum erat, & similiter excrementa quæ substiterant in extremo mouens. At is vniuersalis est, vi vegetante præditus, qua in actum prouocat materiæ potentiam. Itaque non gignitur ex cadauere tale animal, quale erat prius; Sed, vt ex putredine, aliud, quod fieri poterat. Amisit enim vim specialem; ob naturam propriam abolitam; generalem adhuc retinet. Est enim adhuc quodammodo animalis. Itaque cum per externi caloris vim euocatur, ita secernitur, vt in putrescente materia gignat animalcula; quibus donat naturam suam accommodantem se ad vim materiæ. Sic Philosophus inquit, ζῶα ἐγγίνεσθαι τοῖς σηπομένοις

Vermium artus ex cadaueribus.

Cur non gignitur ex cadauere tale quale fuit.

4 Met. 1.

διὰ τ

διὰ τὸ τὴν ἀποκεκριμένην θερμότητα φυσικὴν οὖσαν συνεστᾶναι τὰ ἐκκριθέντα. Poteramus autem etiam ſolis calorem vel omnino eum, qui cœleſti origini reſpondens diffuſus eſt per totum mundum, & ex inanimis ſecernit animalcula accerſere: Sed longius exorbitaremus, cum de vi ſpeciali diſſeramus. De capillis autem vnguibus, & muſco, qui caluis quoque nudatis increſcit, ratio vniuerſalior eſt. Nam vegetante id vi accidit omnino quanquam non negauerimus in initio, quod ad vngues & capillos attinet, etiam determinatam quandam reſtitare quæ formam priſtinam conſeruat: Interdum vero etiam κατὰ συμβεβηκὸς idem fieri. Nam enata apparent, quæ ob ſubiectum exarefactum, & collapſum altius extant, cum prius latitaret quædam pars in profundo. Sed vt donemus vim generantem, quæ cum naturalis ſit excreticiam habet coniunctam, in illis reſiduam eſſe; tamen neque hæc cauſa, finisque motus eſt, neque illa numero & ratione eadem cum priore. Vtut ergo *Sudores.* proruperint ſudores nihil tamen indicant noui ſecundum naturam. Inſuper ſudorum materiam ineptam eſſe ad ſuſcipiendam vim talem, qualem ſanguis obtinet, notiſſimum eſt. Nam cum excrementum ſit, idque inutile omnino

a corporis natura tanquam alienum excluditur. Nec illam cum animæ, vitęque principio habet connexionem, vt ea mota commoueatur, aut possit impressionem retinere diutius. Insuper concidunt pori defunctis, propter calorem naturalem a frigore exactum. Conuulsione etiam conniuent. Quomodo ergo exciderint? In hydropicis vix arte sudorem prolicias, cum tamen humoribus abundent. Causa est distentio, qua exitus seu meatus distorquentur, itaque occluduntur. Hoc ipsum potius fit in defunctis, quibus neruorum principia obducuntur, & viæ intercipiuntur; quod pulchre monuit Aristoteles sua censura confirmans, mortuis plurima non extare, quæ in viuis erant conspicua: Siquidem ob caloris spiritusque defectum concidant, ne obseruari possint; quod etiam accidit venis, sanguine effluente, vt habetur in 3. hist. an. 2. Verum enimuero non est, vt pluribus vtamur argumentis. Experientia constat defunctos non sudare, nisi ex accidente forte madescant. Frigidus autem sudor, interdum ante mortem erumpens, aliam habet causam.

157. Qui superstitionibus omnia polluunt igno-

ignorantes veras rerum caufas, facile induci poterant, vt crederent fieri poſſe, vt & ſudor naturaliter interemtorem deſignet. Nam quis ignorat animo vehementer affectis pluribus, tum calidos tum frigidos ſudores prorumpere? Cum itaque ex affectione tali ſanguis acquirat vim talem, cur non itidem ſudores, vt qui ad animi motum ſimul moueantur, vt in anxiis aliquibus, pudentibus, metuentibus, interdum etiam iraſcentibus? Accedit quod putent quidam, vulnerati mortem, aut ſalutem poſſe ex ſudore teli cruento iudicari. Quod ſi in telo inanimi ſudor indicat cur non in corpore in quo ſudoris materia eſt? Hoc delirium non ſatis erat multorum animos priuatim occupaſſe, niſi publicum fieret, Commiſſum typis Lipſenſibus per quendam Arnſtatenſem medicum, vt in Hopliatria pluribus diximus. Notum inſuper eſt, quod Alexandro magno euenerit cum aggrederetur Aſiam ſudante Orphei ſtatua; qui ſudor ab ipſo habitus eſt indicium laboris Poetarum in conſcribendis rebus a ſe geſtis. Vulgus paſſim multa experitur inepta coniicitque ex ſudoribus cultrorum, & aliarum rerum ſolenniter certis noctibus deuotarum, locoque certo poſitarum,

Argumenta pro ſudore.

Alexander.

de fortuna cuiusque. Et hæc eo sunt fide digniora, quo animus est superstitiosior, pronusque ad quæuis asserenda, etsi causa sit incognita, Et impossibilis naturæ agentium patientiumque connexio.

Thesis 158. Compendio reiicimus opinionem de sudore: nempe quod nulla sit causæ talis cum effectu præsente dispositio seu per se connexio, quæ necessitatem inducat. Nam vt ante diximus, necesse est, vt cum vitæ principio affinitatem habeat is humor, sitque aptus similiter moueri, acceptamque impressionem seruare; Id quod sudor aqueus nequit. Et cur is non erumperet animam agenti? aut calore adhuc integriores; Omnino si rigida sit cutis, sudor ex interna commotione non prodit. Extans in summo nudari potest subsidente mole potest etiam protrudi halitibus aut per alluuionem ibi gigni aquositas, sed vel nihil vel parū probabilis iudicij hęc habent. De sanguineo sudore si quis rem accipere velit; dicimus sanguinem quidem potentiam talem habere at exudare non posse, viis interceptis frigore extremorum. Non autem tenuissimæ venulæ, quæ in carnem desinunt, tunc possunt reserari, neque sanguis adeo serescere; neque internum principium tantopere perturbari; vt in quibusdam fit viuentibus. Aut

ex vul-

ex vulnere effluit; aut naribus, oreque & auribus, qua ſcilicet via patet deſinentibus in apertum venis, quæ vel apertæ quodammodo ſunt, vel vi ruptæ, vel etiam impetu ſanguinis facile poſſunt reſerari. Et, qui innocens ſuſpendio periit, cruentauitque poſt ſatis diu, conſentaneum eſt ex impetu laquei elidentis ſurſumque coarctantis ſanguinem ruptas venas fuiſſe; quanquam iudicabatur ſanguis ille innocentiæ teſtis eſſe. Idem meminimus multis apoplexia & peſte ſublatis accidiſſe, vt & quibuſdam conuulſis. Quod de manu pridem toſta repoſitaque, at poſt præſente Cæſare cruentante per digitos aſſerunt, niſi fabuloſum eſt, cauſam extraneam habet. *Manus tosta.*

Diuerſas δυνάμεις ſeu potentias conſiderari ſolere a philoſophis manifeſtum eſt. Eæ ſunt patiens & efficiens; prima ſecunda quanquam omnis potentia ad materiam reducatur, omniſque ſit paſſiua cum motus agentium non in his, ſed in patientibus ponantur. Ideo enim valet agens, quia materia mobilis eſt vi eius. Nihil poteſt agens non cõſentiente patiente, vt ſol nequit colliquare ferrum. Eſſe autem potentiam in tali conſideratione, procliuitatem ſeu habilitatem & diſpoſitionem ad motum certum, conſtat. Nam id in po- *160. Potentiæ physicæ effectiua, paſſiua.*

potentia est, quod moueri aliquo modo aptum est. Itaq; etiam qui efficit mouetur excepto primo: Cuius motus cũ proprie in materia sit; huius nomine ei competit potentia passiua, quę nõ in ipso est, sed in alio. Nã eius motus proprius est quieti affinior, vt de intellectu differit philosophus.

Potentia prima & secunda.

Prima autẽ potentia est remotissima, vt cũ primum subiectũ omnium dicitur susceptiuum: vel absolute primum, vel determinate ad certam effectionem, veluti cum hordeũ dicitur caro potentia prima; quod cum mola fractum in farinam redactum, coctumq; est, & in sanguinem abiit, potentiam secundam, eamq; propinquiorem est nactum. Sic rudis musicæ homo, dicitur potentiam primam habere ad eam discendam; cum iam dicit, neq; exercet actũ; obtinet potentiam secundam, quæ etiam actus primus vocari solet. Sed hæc alibi rectius. Nos potentiam patiendi a potentia efficiendi discernimus secundum diuersas facultates, etiamsi in vno subiecto patiente concurrant: vt architectus potentiam obtinet ædificium construendi; quæ illi est ars, & per doctrinam & vsum acquisitus habitus quidam. Lignum autẽ obtinet potentiam passiuam. Etenim aptum est suscipere formam domus, tanquam materia. Ars autem artificis princi-

pium

piũ eſt immobile; Et vtitur ad impreſſionem inſtrumentis materiatis, quæ vna patiuntur agendo. Nec potentia illa abit in actum, materia & inſtrumentis deficientibus. Et tunc neque potentia vere dicitur: Sed potius impotentia. Ex quibus conſpicuum eſt, omnẽ potentiam reſpectu materiæ mobilis dici quanquam rationes reſpectu agentis & patientis ſint diuerſę. Omnino potentia eſt diſpoſitio ad motum; Motus autẽ eſt actus mobilis, nõ autẽ mouentis. Diſſerimus autẽ phyſice, nõ Theologice, ne quis Rami de factione, aut alius noſtra verba calumnietur. Et iſtã doctrinã Ariſtotelicam eſſe ex lib. 9. metaph. tex 2. patet; Vbi inquit αὐταὶ αἱ δυνάμεις λέγονται ἢ τοῦ μόνον ποιῆσαι, ἢ τοῦ παθεῖν, ἢ τοῦ καλῶς. Item φανερὸν οὖν ὅτι ἔστι μὲν ὡς μία δύναμις τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν: (δυνατὸν γάρ ἐστι καὶ τῷ ἔχειν αὐτὸ δύναμιν τοῦ παθεῖν, καὶ τῷ ἄλλα ὑπ' αὐτοῦ) ἔστι δὲ ὡς ἄλλη. ἡ γὰρ ἐν τῷ πάσχοντι, ἡ δ' ἐν τῷ ποιοῦντι. 5. Metaph. tex. 17. Quædã eſt principium tranſmutationis aut motus in altero aut pro vt alterũ eſt. Quædã ab altero, aut pro vt eſt alterum, ſecundũ quam ꝙ patitur, aliquid patitur. Diſcrimen etiã primę, remotæque magis minus; apud eundẽ eſt 8 phyſ. tex. 32.

In ſanguine itaq; dicimus eſſe eã potentiã, quæ paſſiua vocari ſolet. Hæc enim in actũ vocatã ab aliquo alio incipitque mo-

8. Phys. 39. principium motus aut in ipso est quod mouetur: vel in alio seu motus principium est, vel quod seipsũ mouet, vel agitur ab alio.

ueri sanguis prius quiescens. Motus illius ca sa dicĩt esse extra mobile; cũ nihilominus actũ suum mobili habeat, vt in quo sit potẽs. Determinãdũ itaq; est porro de agẽte.

162. Argumentũ sanguinem primum ex se non moueri isto motu, sumitur ex natura mobiliũ; quæ cum in potestate sint (alioquin enim non essent mobilia) Motus autem actus est profectus ab aliquo mouente; moueri primum ex se nõ possunt; cum deberent simul esse actus quidam, atq; etiam potẽtiæ; quod impossibile est. Quando autem iam actu mouetur seu concitata sunt: iam sua natura mouentur vsq; ad finem; nisi quid obstet, motumq; intercipiat: aut natura egeat, perpetuo rectore vsq; ad finem. Nam quædã non mouentur eo remoto quod actũ præstat, conseruatq; vt semina calore destituta. Quædã vero mouentur porro; Et hæc sunt actibus viciniora, formãq; obtinent, vt cum adolescit absque semine & parente fœtus, qui primum ex se sua vi ex materia existere non poterat. Sic in nutritione. Anima enim nutrit suũ corpus gubernatq; at non gignit propterea quod ipsa cũ est, actus iã est. Quod si sanguis esset forma, aut cum forma animantis seu viui; moueretur vtiq; per se, sicut animal; imo iam esset animal, aut plãta. Nam principiũ haberet per se subsistens.

Iam

tiam autẽ vita caret. Illud etiam quod mouet vltimum tangens, viciſſim ab alio mouetur actu, qui tandem eſt principiũ animale in interfectore, idque immobile; cum ſit in hoc motu primum.

De Critia hoc eſt apud Philoſophum lib. 1. de anima lex. 32. Argumentum eius a ſenſu ſumtum eſt: ſeu ab effectu ad cauſam arguit ita: 163. *Sanguinem eſſe animã ſententia Critiæ.*

Quod ſentit eſt anima,
Sanguis ſentit:
Ergo ſanguis eſt anima.

Aſſumtum firmatur, quia exanguia nõ ſentiunt, vt oſſa, capılli, idque in ſanguineis natura. In aliis agnoſcitur analogum. Jam ergo quo præſente fit ſenſus, abſente non fit, id cauſa eius ſtatuẽdum. Critiam refutarunt alij, vt Hippo, argumento ſeminis, quod voluerunt eſſe animam primam. Semen autem non eſt ſanguis; Non ergo anima eſt ſanguis. Sed decipi vtrumque manifeſtum eſt. Sanguis enim non prima ſentiendi cauſa eſt, ſed adminiſtra, vt qui calorem & ſpiritum continet. Semen vero anima prima non eſt, ſed eius ſubiectum: idque animatum potentia niſi per ſemen totum accipias, non reſpiciendo potius ad materiam. Sed tunc non de animalis forma, quæ per ſemen eſt, ſed de ſeminis loqueris, vt ſemen eſt. Nos au-

tem tanquam causam eius, quod oriri debet ex eo, accipimus.

164. Externũ mouens. Diuisio externi mouentis. Quod sanguinem mouet, illud aut in eodem est cadauere cõclusum; aut extra; Intelligimus autem non quemuis eius motum, sed talem ad finem talem. Alioquin elementari ob grauitatem, diuisibilitatemque ratione naturæ aqueæ moueri potest, si nihil impedit; at non ad finem propositum. Sunt & accidentarij motus, quos iam negligimus.

167. An sanguis sit pars corporis & animatus. Sanguinem partem corporis esse, & anima præditum asserunt aliqui ex quibus est Scaliger, qui exercit: 280. se. 2. contra Cardanum ita scribit: Sic pars est viuentis brachij sanguis in venis, &c. quo velut argumento declarat thema suum, spiritũ esse animatum & partem corporis. Nam vtriusque par est ratio. Si animæ, inquit, instrumentum spiritus est, & anima est principium motus, & corpus est res mota, inter motam rem, & mouentem instrumentum interesse necesse est. Ergo si spiritus animati non sint, erit inter animans, & animatum, informans, & informatum aliquid, quod neque animatum neq; informatum erit. Sed mouetur corpus, quia animatum est. Non enim mouetur ab externo, sed interno princi-

Scaligeri paralogismus.

pio.

io. Spiritus ipsos quoque & internos esse, & ipsis internum principium motionis. Quare sequetur, vt membri pars sint. Dicuntur autem instrumenta per similitudinē, propterea ꝙ a remotionis principio motus exiens ad ipsum corpus, spiritus habet tanquam medios. Adhuc Scaliger: qui ex falsa persuasione de anima falsum concludit.

Contra Scaligerum.

Non ita anima est in corpore, vt ipsa seorsim sit tanquam in loco posita, & illigata illi interuentu cuiusdam substantię mediæ. Sed cum sit forma eius, in toto est, alias operationes in aliis membris producens, potissimas in corde, cui & radicaliter quasi & originaliter inest. In hoc ergo illud instrumentum ex sanguine producit, quod postea omnibus reliquis famulatur. In eo etiam calor est, & principium mouendi. Itaq; spiritus non afferunt vitam partibus, neq; vllam operationem, sed sunt tantū administri vniuersales, vt & calor. Vterq; sc. hac facultate præditus, vt partiū facultates in actū euocent, promoueantq;. Stolidus foret, si quis calorē, qui est primarium animæ instrumentum, anima instructum esse diceret; aut assereret solē ideo esse animatū, quia calore suo animandi vim haberet, seu producendi actū ex potentia materiæ. Sic itaq; nec spiritus sentit,

Quomodo anima in corpore.

Spiritus & calor.

Calor nō est animatus, cum sit qualitas: Ratio ergo instrumenti nō efficit sanguinem esse animatum.

ſentit nec ſanguis, at ſine illis ſenſus non eſt. Quemadmodum lumen non videt: nemo tamen ſine eo viſionem perficit, etiamſi oculos felinos ſit nactus. Et quam puerile eſt, id animatum dicere, quod eſt in perpetua diſſipatione, & reſtauratione, ſicut flamma quædam? Sed hæc alterius ſunt contemplationis. Valeſius mirabilem ſanguinis naturam dicit eſſe, vt neque animatus neque inanimatus recte poſſit dici. Nos pati poſſemus, ſi quis eum non ſimpliciter, & per ſe animatum vocaret, ſed κατά τι: quia membri animati ſit nutrimentum; Et quia miniſter functionum animalium præſtita conſeruatione, calore & ſpiritu. Sed id tantũ in viuo. Non item in mortuo. Nam totus homo mortuus nõ niſi homonymos eſt homo: ita & ſanguis. De illo autem ſanguinis emiſſi tremore ſupra diximus: Extatque epiſt. Langij 8. lib. 1. epiſt. medicinal.

Valeſii ſententia inepta.

1 de part. an. 1.

168. Thema. Si neges ſanguinem etiam animatum, ſentientemque poſſe cognoſcere hoſtem foris aſtantem, niſi per organa ſenſus id fiat: poteſt regeri, non opus eſſe iſtis, ſiquidem virtus animalis prodeat cognoſcatque foris, perinde vt de viſu nugatur Galenus externum aerem faciens animatum, vel externam vim per poros cum ſpiritu aut vapore occiſoris intus exiſtentem & lati-

Obiectio.

Galeni nuga de viſu.

& latitantem formam prouocare, quo pacto quidam a felibus afficiuntur. Iam autem certum est egredi ex quouis homine magnam vim vaporum, & spirituum continenter, & propagari ad aliquam distantiam, imo etiam hærere aliquantisper in subiectis, quæ insederunt vel institerunt, aut incubuerunt. Quomodo enim canes odore prosequerentur non dominos tantum, sed & feras: nec solum amicos, sed & hostes, vt de cane supra memorauimus, qui heri sui interemtorem prosecutus est, inuentumque agnouit inter multos, & latratu, morsuq; prodidit? Sic narrant quidam, cum hostis dormienti hosti superuenisset, interius principium eum agnouisse, tantumque commouisse dormientem, vt a somno exiliens arriperet arma. Bodinus & alij similiter de anima extra corpus in longinqua expatiante, & res miras cognoscente; Imo etiam asportante literas, cultellos, & alia, multum verborum faciunt. Eo modo fortassis Elisæus præcepit instantem sibi mortem a milite Iorami regis Samariæ, si quid consentaneum veritati est in assertione tali. De his qui feles ferre nequeunt certa historia est. Nam ingressas conclauia in quibus morantur, statim percipiunt. Et factum periculum est in quodam, clam concluso cato in sedili,

Halitus seu expirationes corporum.

Canes vestigatores.

Hostis ab hoste dormiēte agnosci quodam modo potest.

Anima quorundam censura expaciatur & redit ad corpus.

ne existimaretur obiecto externo, oculi percepto, moueri, aut odio aliquo animalis, fortuito concitari. Sed is animo deficiens testatam fecit ἀδυναμίαν. Cur autem a talibus non patiantur vicissim feles, alibi discussimus. Recitabat olim nobis similem historiam, vir clarissimus D. Ioannes Dinkelius. M. prouinciæ Coburgicæ superintendens generalis, compater & benefactor noster liberalis, de quodam cui cancri fluuiatiles cocti statim seu odore seu conspectu magnam animi angustiam, periculumque defectus attulerint. Apud Cornelium Agrippam extat affectio cuiusdam mirabilis. Nam solo aspectu medicinæ purgantis copiose euacuatus est: cuius adhuc mirabilior historia nobis Ienæ commemorata est ab his, qui interfuerunt, nempe quendam euacuari non potuisse, nisi socio sumente medicamentum, qui tamē inde nihil fuit commotus. Quod Anton. Musa Brasavola de se, matreque, & sorore, refert apertæ rationis est. Ait se ex contactu colocynthidis, matrem & sororē ex odore decies aluo commotos fuisse. Illa exēpla sunt intricaciora. Marcellus Donatus scribit illustris cuiusdam comitis puero ouis comestis labia intumuisse, & faciem nigris, purpureisque maculis conspersam esse, ore spumante per-

M. Ioan. Dinkelius.

Cancrorum impatiens.

Aspectu medicinæ purgatus.

te per-

que perinde ac gustato veneno. Referente Amato Cusitano, rosa visu vel odoratu cognita monachum quendam in animi deliquium præcipitauit. Sed infinita sunt alium exempla, quæ explicabimus diligentius, cum ad libellum de Sympathia accedemus.

Rosa deliquium animi attulit.

Non instituimus exactam diuisionem eorũ, quæ extrinseca causa motus sanguinis esse poterant, sed tantũ assumimus ea, quæ sunt in opinione hominũ. Supra quidẽ generaliter diximus de motu tali, quod sit aut causæ physicæ, aut metaphysicę. Cũ de hac satis sit dictum, & cum genere etiam remota species, hic non erat repetenda. Videndum ergo de externa causa, quęnam sit illa, quæ sanguini principium motus præbet, cum eius natura sit in materia. Contra distinguimus autẽ eam in vim & naturam, quamquã hæc diuisio sit generalior. Vim dicimus cũ in motu locali trahit, impellitur, in gyrum agitur, vehitur. Naturam: cum pręsente actu familiari spõte sua mouetur, etsi is actus sit externus, nec afferat vim, sed vel vna agat, vel impedimentũ tollat: vt cum pręsente solis calore terrę vis vegetans exurgit, frigore ante sopita: qui calor vim quidem affert frigori, at non naturæ vegetabili, quæ per se ad opus prodit, si externa tantum non aduersentur, sed

Thes. 179.

De externa causa motrice sanguinis.

4. phys. tex. 673. de cœlo, tex. 20. 7. phys. tex. 10 tot motus numerantur eorũ quæ ab alio mouentur localiter.

ſed conſentiant amice, foueantque agentem. Sic in vulneribus natura curat non vis medicinæ, quæ tollit obſtacula; Lapis in ſummo morans, ſi id quo ſuſtinetur per vim, remotum ſit, non vi decidit, ſed motu ſuæ naturæ. Membrorum etiam reliquorum in corpore facultas agit ſpõte ſua data materia idonea, ob præſentiam animæ cum calore & ſpiritu accommodato: non ab his impellitur violente ad opus. Et ſic in aliis omnibus naturæ operibus, in quibus cauſarum concurſus fit citra vim illatam ad agendum. Veruntamen cum magnes trahit ferrum, aut ab eo trahitur, ſuccinũ attollit paleas & ſimilia: hic quoque dicitur natura fieri actus. Cum itaque vis oppoſita ſit illi, non ſane violenta erit attractio. Non autem putandum eſt omne externum eſſe violentum, niſi forte κατά τι. Vis deſtruit naturam, non iuuat. Poterat ergo hic dubium exoriri de noſtra cruoris operatione, quo pacto ſe haberet, num externa cauſa trahente, tanquam vi magnetica, an vero non trahente quidem, ſed præſentia ſua vel iuuante, vel impedimentum remouente, vel aliquo alio modo cauſa exiſtente. Nos de hoc dicemus ſtatim. Interim cur loco omnium violentorum, quæ ſunt ſanguini præter naturã poſuerimus magicum, exponemus. De

moti

motu locali sermo est: non de alteratione, generatione, vel aliis. In hoc itaque si vis affertur, vel sanguini illa fiet soli, vel etiam corpori, in quo est. Siquidem corpore continente moto, moueri & ipsum quodammodo est necesse. Sed corpus immobile iacet. Sanguis si mouetur, aliquo tangente per vim mouebitur, siue corpore, siue virtute. Et si corpus id est, sane insensile erit, visu, aut etiam aliis sensibus difficulter obseruabile: quale foret aer & aerea. Nam in elementari regione hic solus est inuisibilis, nisi quis ignem ponat, qui in summo creditur esse. Sed cum aer nulla vi sit instructus, qua sanguinem taliter tali in tempore possit mouere (longiores demonstrationes omittimus vt in re manifesta) recurrendum est ad virtutem motiuam, quæ est in corpore aliquo: idque magice, qui modus etsi amplissimus est, & extenditur etiam ad superstitiosas effectiones incantamentorum, quorum vis non est nisi diabolica: tamen nos eum interpretamur ita, vt Cornelius Agrippa, Baptista Porta, Paracelsus & alij solent vafra excusatione arti diabolicæ patrocinantes, sicut ex additamento theseos 180. videre licet, quando scil. mediantibus rerum corporearum virtutibus continua vsque ad incorporea fit motio;

Magicus modus.

Patroni magiæ.

R cuius

cuius poteſtate iungitur forma incorpo-
rea corporibus, vt in illis aliquid operetur,
& hæc vera magia putatur eſſe. Nam cum
magnetis interceſſu ferreus loculus ad
ſublime rapitur, id phyſicum plane eſt, cũ
cognitum ſit natura magneti talem ineſſe
vim citra omnem ſuperſtitionem, aut di-
uinarum, aut diabolicarum mentiũ ſingu-
larem operationem. De hac vi magica di-
ximus nos infra acturos, cum ſcrutabimur
ſitne aliqua violentiæ cauſa talis in alicu-
ius præſentis corpore. Vt autem intelliga-
tur, nos vſitatum phyſicorũ modũ oppo-
nere recte potuiſſe magico modo, etſi
quædam magię pars etiam ſit naturalis, di-
cimus nos naturã accepiſſe proprie, poſt-
quam accidentarias fortuitaſq; cauſas re-
mouimus, & cauſas per ſe aſſumſimus. De-
Natura. finitur autem natura a Philoſopho: ἀρχή τι-
2. phyſ. tex. 3. καὶ αἰτία τοῦ κινεῖσθαι, καὶ ἠρεμεῖν ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώ-
τως καθ' αὑτὸ, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. Aut v-
eam definit in 5. metaphyſ. tex. 5. πρώτω-
καὶ κυρίως λεγομένην: quod ſit ἡ οὐσία ἡ τῶν ἐ-
χόντων ἀρχὴν κινήσεως ἐν αὐτοῖς, ᾗ αὐτά: qui-
bus verbis internum principium in ma-
teria mobili motus per ſe cauſa ſignifica-
tur. Quærimus ergo, vtrum illa extra-
nea mouens ſanguinem potentia, ſit vio-
lenta ea, quam magicam appellamus, au-
dæmonicam, an vero naturalis, quæ ve-
magne

magnetica eſt, vel ſocia aut adiuuans promouenſque motus citra attractionem, quæ etſi violentia quodammodo dicitur etidem, & præter naturam, alicui tamen ſecundum naturam ineſt; Cum magica vis nulli naturali ſit conceſſa, prout nos iam naturale & magicum accipimus.

Notum eſt, cauſas aut per ſe efficere, aut ex accidente: quarum has in phyſicis caſum & fortunam appellare ſolent, quæ præter intentum aut ordinarium finem eueniunt, naturalibus omnibus finis, eiuſque ordinati gratia efficientibus. Si ſanguis fortuito moueretur, præter ſcopum, finemque id eueniret, & cauſa cæca quam homines putant obiter accidere & operari; etſi vt plurimum ſit diuina & prædeſtinata inque ſuo genere certa, quæ tamen nec ſemper nec plerunque ita agit in tali re.

181. Theſis. Cauſæ efficientes.

Fortuna eſt iudiciũ obiter incidentis cauſæ ad effectũ quendam non intentum.

Hæc nihil indicaret de interfectore ad hominum captum. Etſi enim quorundam mentes moueri poſſent, vt putarent diuinum id ſignum alicuius occulti eſſe: tamẽ id dubium foret, niſi certiora concurrerent ſigna, atq; etiam inſuper experimentum ob raritatem ſui non faceret. Sed & ſi cõſtet diuinum eſſe ſignum, interpretatio tamen eius & accommodatio ad ſigna-

Interpretatio signorum valde dubia. tum valde eſt incerta, niſi poſt effectum pateat indicium, aut etiam diuinetur, aut coniiciatur, veluti ſolent ſomniorum interpretes. Nam in his connexio cauſæ cum effectu non apparet rationabilis neceſſitate. Vnde tantopere variant cenſuræ. Iudæi gladium ardentem in æthere ſuæ defenſionis ſignum diuinum eſſe volebant. Itaque valde animabantur. Alij vltionis ſcelerum eorum, & extremæ internecionis rectius concludebant. *Cometæ.* Cometas dicunt principum mortes, bella, famem, & alia portendere. Sed alij diſſentiunt, cum multi apparuerint plane naturaliter, nec vlla re tali conſequente, niſi fortuito, veluti ſi quis moriatur luna plena.

Et cum in ſublimi apparentium effectus, nõ ad vnam aliquam perſonam pertineant: cum ſint generales cauſæ: & aeris non paruam particulam ſibi habeant ſubiectam, neque etiam regantur ratione aut intelligentia, ſane naturaliter non principi potius quam plebi portendent interitum, ſi quid tale portendunt. *Fœlices cometæ.* Memorantur autem fœliciſſimi Cometæ duo, alter Auguſti temporibus, alter noſtris: Et fortaſſis fuerunt plures, ſi obſeruati fuiſſent. Putantur autem malorum nuncij, quia ſemper in mundo plus euenit mali, quam

boni:

boni: Et in Calendariis quorundam vagorum vix diem inuenias, qui non ſit atro notatus, & aliqua infortunij ſpecie inſignitus. Sic ergo valde incerta ſunt fortuita, neque ſcientiam conſtituunt. *Calendariographi fere omnes dies atro notāt.*

In cauſis per ſe vniuerſale hoc eſt, non quoduis eſſe cauſam cuiuſuis, ſed determinatum. Vnde etiam arguit effectū cauſa, & viciſſim effectus cauſam; Et ſæpe etiam qualitas vtriuſque ex alterutro conijcitur, ſicut dicitur: qualis cauſa talis effectus; κακῦ κόρακ@, κακὸν ὠὸν: qua certitudine pronunciamus mundum, qui optimus eſt, a mala cauſa non prodiiſſe, & ſi quid mali habet, id præter cauſam bonam extitiſſe. Eodem modo in particularibus dicitur, oculum qui condidit: eum oportere conſcium eſſe rationis videndi. Et in generatione naturali eſt τὸ ὁμογενὲς ſeu vniuocum. *182. Theſis. Cauſæ determinatæ, Cauſa & effectus arguunt ſe mutuo.*

Generat enim homo hominem, quia talem obtinet naturam, ſeu ratione ſimilitudinis. Cum itaque ſanguis mouetur ab extraneo, id conſentaneum eſſe illi neceſſe eſt, cum tale moueatur a tali. Non dicemus ergo lapidem, lignum, aut aliud tale hanc vim eſſe ſortitum, cum nulla vnquā obſeruatione tale quid acciderit, ſiue lapidem ſpectes, qua lapis, ſiue qua vim aliquā talem acceperit, quæ ſanguinis ſit motiua, *1. de part. an. 1.*

quanquam Theophrastus velit sophiam herbam, id est, auream consolidam posse ex alto venas attrahere etiam minimas. Et notatum est, si quis aciem scalpelli scarificatorij sale ammoniaco, aut etiam vulgari fricet, continuo educi sanguinem. Ita quidam bubones pestilentes promouent opposita Lysimachia, vel Raphano. Sed hæc in hoc motu locum non habent, sique fiunt, virtute determinata fiunt, generali axiomate id requirente, quod inter agens & patiens debeat esse affectio mutua.

Thesis 180. transposita.

Hoc thema in hopliatria tractauimus. Explicatio eius est Paracelsica, & ex schola Cornelij Agrippæ, ad sententiam quorundam Platonicorum eleganter conficta, coloribusque nouis mire picta. Fuisse autem vtrumque Paracelsum scilicet & Agrippam de numero magorum certa fides est. De Agrippa tum res tum autores testantur. Ex rebus est potissimum occulta philosophia, cuius palinodiam scripsit in vanitate scientiarum, quanquam dubium est vtrum vere resipuerit, an non, cum dicatur atri canis forma Dæmon ipsi coniunctus fuisse vsque ad obitum, VViero contradicente quidam, sed fide suspecta, cum fuerit discipulus Agrippæ in magna admiratione a se habiti. De

Agrippa magus.

Para-

Paracelſo concedunt, quod fuerit magus naturalis, qualis haberi vult etiam Baptiſta Porta, qualesque narrant fuiſſe veteres. Negant ipſum ſuperſtitioſa magia infectum. Sed res factaque & teſtimonia diuerſum dicunt. Geſnerus in Epiſtolis tum de ipſo, tum de ſociis non iudicat aliter. Ad Cratonem ſcribit: Theophraſtus certe impius homo, & magus fuit, & cum dæmonibus communicauit. Et paulo poſt: Oporinus Baſileæ olim diſcipulus Theophraſti & familiars fuit. Is mira de eius cum dæmonibus commercio prædicat. Aſtrologian vanam, Geomantiam, Necromantian, & huiuſmodi artes Theophraſtei exercēt. Item ipſum Theophraſtum Arianum fuiſſe, plane mihi cōſtat. Idem iudicat de Montano quodam, Phædrone, & aliis Paracelſicis. Idem in epiſt. ad Didymum Obrechtum. Fuit Paracelſus noſtra memoria magus, admirabilis homo, & quæ plura de eius in metallis transformandis, & morbis curandis ſcientia addit: quæ quidem confirmantur per diſcipulos, at longe diſſentiunt a iudicio Cratonis & D. Bertholdi a Leipa olim Cæſ. Maieſt. Camerarij: Imo etiam ipſius Imperatoris Ferdinandi, de quo legi poteſt Eraſtus in antiparacelſicis. Sed talem artē conceſſam hominib. eſſe in

Paracelſus magus.

Geſneri iudicium de Paracelſo mago.

metallis, & hominibus curandis, vſque ad prædeſtinatam vitæ metam, mihi non eſt dubium; Et viuunt, qui eam quotidie exercent, & in ſeipſis experiuntur. Quod autem quidam per eam ſint occiſi; Et interierint omnes intra annum Baſileæ, qui Paracelſi medicina fuerant vſi, teſte Zuingero, de hoc diſputauimus in libro de auro poculento Eraſti.

Contra Paracelſum.

Credibile eſt eum, ſi magus fuit, ex pacto nocere hominibus debuiſſe, vt id præclare teſtatur Bodinus, diabolum exigere a ſuis mancipiis. Forte etiam culpa aliqua ægrotorum eſt. Sed quod fuerit magus, teſtantur eius libri. Vide quæ ſcripſerit de Electro, & campanula facta, ex eo, cuius vi fatetur ſpiritus abigi & allici; quam etiam variet varia characterum inſcriptio. Hæc eadẽ repetit Dornæus in lexico. Vide & de pentaculis; phantaſmatibus, primalibus, pygmœis ſaganis, ſalamandris ſcaiolis. De quibus loquuntur etiam alij magi mutatis nominibus. VVeckerus de ſecretis plurima vanitatis magicæ medicamenta ex Paracelſo commemorat, quibus arguitur hominis impietas. Patrocinatur amuletis magicis & characteribus figuriſque. Aſtronomaniam tum ipſe, tum diſcipuli profitentur. Et tribuit imaginationi, quæ & Cornelius

Agrippa

grippa, magorum caput. Homunculi ius quales ſint, præter autorem etiam Dornæus in dictionario Theophraſti indicat. De ſpiritibus ea ſentit, quæ magi: quanquam vocabulis monſtroſis a vulgi iudicio ſe ſubduxerit; vt confictis Aerdalis Aethnicis ſpiritibus ſeu hominibus, Archeo, Are, Caballis (quos tamen non approbat Dornæus) Et aliis innumeris. Idem cabalam agnoſcit, & plura argumenta magicæ obtinet inſaniæ: a quibus ipſis vindicare eum ſummo enituntur conatu diſcipuli, ſed fruſtra. Si modo ego & vos ſcimus, quid magicum quid naturale piumque, Ignoſcant nobis veritatis ſtudioſi, ſi talem eſſe putemus Theophraſtum, qualem in libris ſuis ſe exhibuit. Argumenta apologetica Dornæi, Amvvaldi, & aliorum tanti non ſunt, vt noſtram ſententiam abiiciamus. Sagarum & maleficarum incantamenta ſi reiicit Theophraſtus, non ideo a magia eſt abſoluendus. Sunt enim multi, qui eiuſmodi magiam aperte Diabolicam reiiciant, & damnent at qui interim alio ſubtiliore prætextu eandem artem colant, & profiteantur, veluti cum ſutor damnat alterius craſſum, & inconditum artificium, ipſe ſubtilius ſuens. Sagarum modum reiicit, at non magian, ſeu diabolomanian: Diaboli vocem vitat; ſpi-

Bernhard. G. Penolus & alij.

Liber Arbatel Sagas improbat, at interim longe

pestilentius diabolū fouet.

ritum ipſum allicit. Et quid mirum ſi Diabolus ſimulat angelum lucis? Quid mirum ſi craſſo modo, & manifeſte impio ſe coli non poſſe a quibuſdam præſentiens, excogitet alium, eumque ſub diuinitatis cuiuſdam, & naturæ aſtralis, ſpiritalis, magneticæ imaginatiuæ, & aliorum perſuaſione obtrudat? Libenter aſſentimur, ſi quæ bona ſunt, Paracelſus a Deo habuit nempe is pariter in omnes eſt bonus: Et ſolis vſum permittit pariter improbis & probis. At multis malis ea fuiſſe contaminata non diffitemur. Et quid habuit tanti, cur adeo eleuetur, niſi quia ſuperſtitione ad plebem acceſſit, & nouis obſcuritatibus omnia inuoluit, nocuitque orbi potius & adhuc nocet plus quam prodeſt? Iſta arcana quæ prædicat partim falſa mendaciiſque teterrimis plena ſunt, partim obſcuriſſima, quæ a veteribus accepta ipſe ſibi vendicans tantum obſcurando ſua fecit. Pauca ſunt quæ inuenit ipſe, ſi cum aliis conferas.

Ex paracelſo vix quiſquam niſi mentiendo proficit.

Ex Paracelſo quis proficere poteſt? Pauci longo ſtudio & periculis aliquid aſſecuti ſunt: at hoc ſuæ induſtriæ, non Paracelſo debent. Crato teſtatur ſe in veteri libro quodam omnia Paracelſi remedia multo reperiſſe luculentius, euidentiusque, quam ab ipſo ſunt tradita.

Vnd

Inde apparet Paracelsum ad suos libros nihil proprij præter noua figmenta vocabulorum, & obscuritatem attulisse. Rectius saperent isti boni viri, qui eius libros passim magno studio, & sumtibus conquisitos publico committunt, si veterum monumenta prima in lucem ederent, explicationibus disertis & lucu-lentis ad gloriam diuinorum operum, & commodum humanæ societatis exornata, nec tantum auri argentiq; decoctum esset super Paracelsi mendaciis, & obscuris perplexitatibus, quibus solet hostis humani generis vti, & omnia Dei bona opera, ne agnoscantur ab hominibus, obtenebrare. Persuasum habent aliqui, signaturam per eruptionem sanguinis fieri naturaliter sine deierationibus, & aliis ceremoniis quæ adhibentur inter explorandum; sed sufficere præsentiam, aut etiam transitum occisoris intra spatium iustum, quandoquidem sanguis vulnera etiam obligata exuperet, appareatque. Est in ea sententia Lemnius. Nec nobis videntur necessaria ista, nisi ad commouendum animum occisoris adhibeantur qui interdum adeo est obstinatus, & præfractus, præsertim vbi vsum cædum fecit, vt adamantinus videatur penitus. Non tamen forte inutilis est pronunciatio verborum

184. Thesis. De solennibus adiurationibus & aliis quæ in exploratione adhibentur.

Quædam commotiones non fiunt sine causa ad effectum promouendum.

borum quorundam quibus factum, &
grauissima Dei comminatio continetur
vna cum motu quodam dextræ sinistra-
que manus, & acclinatione corporis a
defunctum. Nam ita eius conscientia,
non concitatur tangitur tamen, & insti-
gatur imaginatio, vt inde spiritus de præ-
sente interfecto cogitantes facile ad cur-
dirigantur, & vna vapores quosdam de-
ducant. Neque hæc est illa superstitios-

Imaginationis directio.

vis Paracelsica seu magica; quanquam vi-
deatur fundamentum eius esse, quod po-
stea deprauatum ad magicam insaniam
degenerauit. Sed est plane naturæ opus
quod confirmant experimenta. Anima-

Catoplepa.

in Africa dicitur esse quod Catoplepam
vocant. Illud oculis in terram prostrati
incedit, nec lædit, nisi aliquis irritet, it
vt tumidosque iratosque in eum defiga
quo facto statim exanimatur prouocans
Quanquam Fracastorius dicat per 100
passus conspectum occidi. Similitudinem

Menstruata.

quandam huius repræsentare dicuntu
menstruatæ cum irascuntur oculis flam-
mantibus, Et mulieres quibus binæ sun
pupillæ. Quanquam autem hæc ab aliqu
ad vim diabolicam reuocantur; quasi dia-
bolus latens sub Catoplepa interficiat; E
magorum prætextu noceat, tamen vene-
nosis halitibus intuitione, imaginatione

qu

ue directis accepta bene possunt referri. Ophtalmia.
a ophtalmia afficitur, si quis recta lip-
um intuetur, & imaginem læsionis fre- Amor.
uenter versat animo. Amor certe ita fa-
le concipitur, & species amantis phan-
ısia alte imprimitur cordi. Ita vult Theo-
hrastus docetque experientia pharmaca
ıelius purgare si cogitando dirigantur.
i auertitur mens ad studia alia, non ita
rocedit res. Qui naturæ opus facturus,
e ista re simul cogitat, facilius eam pera-
it, non cogitante, sed alia animo vol-
ente. Supra de vi imaginationis plura di-
imus, quibus saltem hoc ostendere sat-
gimus, vim imaginationis directoriam
sse; quod ipsum patebit etiam de pica seu
nalacia vocata, de qua peculiariter age-
nus. Nouimus quendam cui Italiam pe- *A felo comesta commotus facto cognito.*
enti felis assa de more gentis apposita fuit
n cæna, quam ille strenue degustauit pro-
epore. Sed re indicata post digestionem
ius, adeo commotus est, vt parum abes-
et quin in morbum incideret. Alius cum *Anguinorus.*
erpentem pro anguilla ab inscio hospite
oblatum comedisset, post mensem aut
implius certior factus etiam mortem non
effugit. In pestiferis locis citius inuadun- *Meticulosi facilius a peste patiuntur.*
tur meticulosi sæpiusque cogitantes de
malo; audaces impune cum infectis con-
uersantur. Verum enimuero ista directio
pluri-

Directio in corpus aliud.

plurimam vim habet in ſuo corpore; I
alio non item, niſi valde tenero, & paſſ
onibus obnoxio; potiſſimum circa ocu
los & alas, quæ teneritas eſt maior & fa
cilis ad principium tranſitio. Non tame
putamus cũ ipſis halitibus imagines poſ
ſe communicari, aut adeo directe ferri, v
ad vnum ſolum affluant membrum. Se
quæ pars poroſior eſt, calidior vaporoſi
or, & humidior, ea plurimum mittit po
tiſſime ad eam partẽ cui e directo oppo
nitur, ita vt recto curſu eam attingant ra
dij. Ex aliis aut alio ſitu indiſcretim a tot
ad totum feruntur; dumque aliquis intr
id ſpacium collocatus eſt; eum feriunt
Et id promtius, ſi ſimul diſpoſitus ad paſ
ſionem eſt, & metu vel cogitatione qua
ſe aperuit, & irruenti cauſæ proſtituit
Hac ratione non abſonum a vero eſt ali

Hoſtem a dormiente percipi non abſurdum.

quem leui ſomno ſuſpenſum hoſtis præ
ſentiam animaduertere: Siquidem v
animo alienatus eſt ab eo, ita & ſpiriti
bus facultatibusque aliis. Itaque his pa
tientibus & aduerſarios halitus excipien
tibus animo ſtatim vis communicatur. E
ſic ex accidente, ſeu interuentu alteriu
fieri agnitio poteſt. Sed hæc obiter. Iſt
diximus, vt oſtenderemus motum Cæ
ſoris & pronunciationem verborum re
ligioſorum attingere animum, eumqu
mouer

mouere; vnde primum intus collecti vapores spiritus & calor, postea erumpant confertim; peruenientiaque ad sanguinem eum facilius moueant. Id in metuentibus plus habet virium. Nam mutatio in ipsis & in sanguine interfecti deprehenditur nisi quid obstet. In non metuentibus & audacibus minor licet vis sit, tamen his quoque loquentibus, & se commouentibus elabi aliquid vaporum necesse est, promptius quam si quiescerent. Quod aliqui iudices cogũt digitos in serere in vulnus, id non probamus. Videtur enim non carere superstitione quadam; quasi adiuratus sanguis debeat prodire. Insuper etiam perit iudicij ratio. Nam suspitio est ne ex commotione violenta erumpat cruor, qui sua sponte debebat exilire. Peius agunt, qui per vim penitus immittunt, digitos, dilatantque ita vulnus, vt necesse habeat cruentare. *Digitorum in vulnus insertio.*

Negata magia, simul negatur vis ista verborum & ceremoniarum, quæ est pars quædam magicæ superstitionis, si creditur aliqua peculiari efficacia fieri, quæ sit propter nomina vtriusque propria pronunciata; quæ a magis putantur eo plus habere virium, quia in locum essentiæ substituuntur vt ita tantundem potẽtiæ in nomine proprio sit ad trahendum, *Thesis 186.* *Vis nominis magicorum.*

hendum, quantum in ipſa ſubſtantia; i quod comprobant exemplo eorum, qu ſopore correpti, nullis euigilant acclama tionibus, quam propriorum nominum: quod tamen non eſſe perpetuum, explo ratum habeo. Et plus virium eſt in fuſt Adorationes quod attinet, quibus inuo catur diuina potentia, vt ipſa promouere & firmare iudicium ad comprobandam veritatem, & vlciſcenda ſcelera, velit; di cimus, ſi quid virium obtinent, id non e ſe in ſonitu vocabulorum vel ipſis vocibu ſed in animi pietate, ſeu motu pio, & fi ducia in Deum firma, quæ legitima eſt ſancta. At hæc non ſemper voculis emiſſ peragitur: ſed aliquādo interno mētis aff ctu, & agitatione; vt in Moſe & aliis. Vn de liquet Deum non egere vocibus noſtr propter ſe, licet eas requirat ad erudien dum ſimul proximum, & vt quædam Ide verarum inuocationum in memoria no ſtra hæreat, quæ poſtea exprimitur lingu de conſuetudine. Videtur id etiam fie ideo vt genij aſtantes teſtes ſint pietati &c. Sic cor & os coniunguntur, vt ſimu confeſſio edatur, luceatque fides noſtr forinſecus & Deus dextre colatur. San naturalis connexio eſt inter animi mo tus, & procuratrices partes. Vnde qu impudice cogitat, hoc ipſum geſtibus verb

In noctambulis idem eſt.

Sermo cur accedat ad preces ſeu cogitata & conceptus mentis.

verbis exprimit; Et in vestitu repræsentat. Hinc de suis quisque verba facit; Et quæ didicit, facile ad linguam manusque recurrunt, vt accidit illi Horatiano pictori omnibus operibus cupressum addenti. Ita de Atheniensi quodam Horatius scribit, qui in Theatro solus miros Tragœdos sibi audire visus est. De alio amatore meminit Valeriola, qui furibundus amicam suam sibi mire repręsentarit. Omnino verba prolata rationem signi & testimonij de internis motionibus obtinent; Itaque sæpe veniunt in locum signati: sed vires ampliores non habent, nisi ex accidente quo pacto crebra repetitio nauseam parit; clamores aures obtundunt; halitus simul emissus, sæpe fœtidus & pestilens est. Itaque in altero tenero morbi seminarium gignit; Et sic in aliis. Remotis etiam ceremoniis, videndum erat an in astantibus iudicij causa, aliqua vis sit, quorum quidem interest scire veritatem; at hæc in naturalibus non ita cognoscitur; sed in voluntariis in quibus id quod testatur, scit hunc iudicem esse cogniturum de causa. Sanguis neque iudicem, neque astantes agnoscit; Sed ad talem causam ita mouetur; qui motus postea est argumentum de facta cæde per accidens, non sine vi ratiocinante ex præ-

De astantibus.

cognito. Nam præſcire oportet aut ſemper, aut plærunque id accidiſſe. Vnde in hoc ſimiliter tentatur. Et naturalia, iudicis, opificis, aſtantium, & omnino omnium præſentium rationem non habent; Nam ſuo impetu dato actu, mouentur, quicunque ſane ſit præſens conſideratus ea ratione, qua eſt præſens, aut qua iudicat, & alia opus non impedientia peragit.

287. Theſis. In percuſſore cauſam primi mouẽtis eſſe.

Concludimus ergo tandem aliquid in percuſſore mouentis efficaciæ eſſe. Nam alij mille ſiue iudices, ſiue quicunque accederent ad cadauer, niſi impetus externus aut fortuitus caſus proliceret ſudorem, aut aliud, commotionis cauſam præbens; non indicarentur. Interemtore accedente ebullit; decedente ſedatur, nec ceſſet quandiu eſt præſens, & ſuppetit humor. Obſeruatum autem etiam fuit, & pro diuino habitum, innocenter occiſi etiam a Magiſtratu hominis cruorem manantẽ, copia admiranda ſat diu perſtitiſſe. Epiſcopus quidam ſuſpectum habebat conſiliarium quendam ſuum, hominem diuitem furtique accuſabat. Itaque repente domo ſua euocatum tanquam ad conſilium, in crucem ſuſtulit immerentem. Huius ſanguis non ceſſauit fluere quandiu ibi ſuſpenſus manſit; miraculo admodum vt videba-

Cruentatio occiſi a magiſtratu.

videbatur. Vnde enim ſtrangulato ad nares tantæ copiæ via, interceptis laqueo omnibus venis, arteriiſque? Recitat Euſebius hiſtoriam interfecti Polycarpi, cuius in igne cõfoſſi ſanguis profluit tam copioſus, vt rogum reſtingueret. De Zachariæ in templo Solymorum interfecti ſanguine, efferueſcente, ebullienteque infra dicemus. Quibus ſimilia exẽpla annotata monent etiam occultius quid & diuinius in illis agnoſcendum eſſe.

4. lib. cap. 15. hiſt. Polycarpus.

Cauſam primam motus quærendam eſſe in percuſſore confecimus. At in hoc ſunt multæ rationes, diuerſaq; argumenta, ex quibus quodnã ſat ſit efficax ad mouendum, videndum eſt. Homo primum is eſt, conſtans corpore & anima, vt alij homines. Nullius horum ratione mouet, neque corporis ſcilicet neque animæ, neque totius, neque eorum, quæ ſunt in corpore, qua corpus. Nam ita pro ſubiecto ſe habet, cui adiungi variȩ δυνάμεις poſſunt, præter naturã etiã acquiſitæ. Nec ita ratio eſt, cur profluat aut non; cum non eueniat etiã reliquis, & is ipſe alioquin ante cædem aliis præſens non elicit ſanguinem. Vt ita neq; generalẽ vim neque propriam & ſpecificam in eo, qua homo eſt & ante factam cædem conſideratur, agnoſcamus.

188. Theſis. Quanam vi percuſſor præbeat motus cauſam.

Posse autem esse quasdam proprietates in aliquibus ostendunt historiæ; vt illa quam habet Albertus de pueris duobus, quorum alteri dextro, alteri sinistro applicanti, aperiebantur ianuæ. Alia de septimo masculo tactu curante scrophulos teste Agrippa: Alia de Pyrrhi pollice dextri pedis tactu iuuante lienosos, teste Plinio. Et de eius digito sanante febres: Et similes innumeræ. Non autem compertum est exemplum, quantum nobis constat, eius quo præsente simpliciter extra causam cædis factæ, & sine vlla animi commotione per amorem aut iram, proprietate occulta ex aliquo elicitus sit sanguis, nisi forte fortuna id euenerit; aut per incantamenta, aut medicinas odoris acerrimi, aut etiam si gestauerit talia, quæ commouere alterum possint, vt si quis mala gestasset, & admouisset illi, cui peculiaris dyspathia cum malis erat, ita vt visis vehementer perturbaretur, ad nares vero admotis etiam sanguinem effunderet. Scaliger exerc. 142. sect. 2. recitat de cydoniis, quod visa vertiginem quibusdam cieant; Et de lilio quo viso affinis quædam ipsius virgo nobilis vecors facta fuerit peritura si naribus hausisset. Sed hæc in viuis comperiuntur. Nihil ergo in

Lib. 2. cap. 3.

Lib. 1. de re cibaria cap. 24.

eius ſimplici præſentia, nihil in eius abſoluta, qua eſt, ratione; nec qua homo eſt, nec qua proprij quid habet, ante cædem eſt virium, videndum ergo cum poſt cædem primum iſtam vim acquiſiuerit, quænam illa ſit. Certum eſt eum de ſubſtantia ſua nihil perdidiſſe, niſi forte in conflictu vulneratus truncusque eſt factus, quod tamen rationem non habet cur proliceret ſanguinem.

Nam & aliis præſertim carnificibus, & militibus in aperto bello idem eueniret; & multo magis altero adhuc viuo. Sed nec acceſſiſſe aliquid ad ſubſtantiam eius per generationem, qua ſola eſt a non ſubſtantia iter ad ſubſtantiam. Iam enim perfectus eſt nec perfecto quid ſubſtantiæ accedit, cum hæc ipſa ſit generationis finis. Et ſi acceſſiſſet per generationem, ſimile tamen reliquis foret. Omnino alteratum eum eſſe neceſſe eſt, cum ſubiecto integro nouam qualitatem ſit adeptus, cuius interuentu motionis exiſtit cauſa. Ea alteratio facta eſt vel quatenus conflixit, percuſſitque, vel quatenus ab altero percuſſo eſt immutatus, vel quatenus ipſe ſuo motu affectuque vim quandam aduerſariam concepit, quæ infixa poſtea altiſſime impreſſaque corpori &

Percuſſor alteratus eſt inter cædendum.

animo sanguinem & spiritus ad suam naturam mutet paremq; vim imprimat, donec fortasse tandem temporis vetustate exolescat. Consentaneũ enim est spiritus, sanguinemq; primum fortiter quidem esse immutatos; at fluxiles sunt substantiæ; præsertim spiritus & calor. Sanguis cum fit materia partium, in easque transit, non totam perfert proprietatem, etsi non omnino eam exolescere testatur vis nutrimentorum, quæ non tantum gustu, odoratuque in bestiarum carnibus, quas comedimus, deprehenduntur, sed & vi medicamentosa accepta a medicatis herbis, & aquis & aliis. Quin in homine nutrimenta etiam temperamentum variare possunt. Non itaque tantum prima animi commotione corpus alteratum fuit; sed & confirmatum postea per sanguinem qui vehementer alterari moueríque solet in affectibus, nisi forte nouus in contrarium motus, aut diuturnitas vt diximus, vim istam obtriuit. Ideo consultius foret, & ad effectum præsentius, si statim deprehensus homicida induceretur: licet exemplo quodam Ilmenoitano non responderit opinioni natura, cum sat recens cædis autor adhiberetur, ipse confessus factum; impedito fortassis alia causa fluxu. Sed ad causarum discre-

Sanguis qualis, tale id quod eo nutritur quadam tenus.

Ille erat bombardæ globo interemtus. Quæstio existit num non

discretionem. Conflictus & percussio motus quidem sunt; sed effectu suo plagam & vulnus possunt inducere; Vim autem talem neutiquam, nisi ex accidente. Et necesse foret, vt occisi repercussio occisori idem attulerit.

sit omnium armorum ad hanc rē par ratio.

Nam hunc passione quadam ab aliquo agente illata necesse est alteratum fuisse. At sæpe ille non repercutit, planeque vt ouis a lupo cæditur. Deinde aut in ipso motu percussionis, aut telo seu instrumēto vis talis hæsit: quod non est verisimile. Nam ita ad telum fieret cruentatio, & ad manum propriam. Nec aliquid fuit communicatum per telum. Nam in communicante primum esset: adeoque aliquis ad seipsum cruentaret. Vnde iudicamus a percusso nullam exiisse qualitatem, quæ percussori attulerit vim mouendi. Imo contra se habet potius. Nam cum sanguis interemti prorumpat, non autem vicissim interimentis; passionem ab hoc in illum esse illatam manifestum est. Atqui neque hoc fieri potest simpliciter, cum nihil sit in interfectore, quod ingressum in eum, quem cædit, tantam commotionem, & alterationem excitet. Perspicuum ergo est tum interemtum fuisse alteratum,

Alteratio in percussore & percusso facta statuitur.

tum interimentem: vt ita inter duo mutua quædam συμπάθεια (vt ita nominemus) sit excitata; cuius vis postea propagatur cum spiritibus, & vaporibus emanantibus; ita vt quicquid huius sit, alter pati non possit; vt in felibus & osoribus earum manifestum est. Et tanta interdum est vis talium inimicitiarum, vt etiam loca & omnia, quæ attigerit aduersarius, ferri non possint; quod manifestum facit vrsus qui a fuga reuersus non inuento homine terram euertit in qua consistit: Et canes insidias bestiarum æque allatrant, & infestant, ac ipsas bestias. Monemus autem non semper necessarium vniuersaliter esse vtrunq; agens & patiens scilicet immutari. Fieri enim potest, vt saltem patiens vehementi commotione agitetur: agente causa immobili, vt si quis ad picturæ conspectum vehementer consternatus postea eam abhorret valide. In actu autem pugnantium infestis animis vtrumque immutari non est absurdum. Et si non simul alteratus sit percussor, cur non fratre, patre, vel alio qui similis craseos sit, accedente stillaret? Sed cum vterque sit immutatus, quæritur causa, vtrum id factum sit interno motu, an externo. In conatu calor disgregat humida, & in-

Vrsus. Canes.

Non semper necesse agẽs & patiens immutari.

halitus

halitus resoluit; Et spiritus ipsi euolant copiosius. At his tanta vis non est, quanquam non raro fastidium mouet hircus, et pestilentes halitus, venenatique morbos inferunt corpori. Esto ergo in his aliquid virium; totum sane non est. Violentior causa est interior in conatu totius animi, & imaginationis, quibus obsequuntur omnia, quæ sunt in homine. Latro igitur totis viribus se vertit ad occidẽdum hominem, aut eum hostiliter persequendum. Alter insurgit contra, efficiturque vt ab infesto conatu,& intuitu aduersarij orta phantasię commotio impressioque; ita alteret instrumenta, vt plane reddantur a se mutuo aliena, infestaq; sibi. Infra ostendemus id pluribus, firmabimusque rem exemplis. Iam tantum constet, quanta sit vis imaginationis, a qua reguntur affectus, quibus anima corpusque simul commouentur; maxime autem sanguis & spiritus. Necesse itaque postea est, nisi noua alteratio priorem elisit, aut corruptæ sunt partes alteratæ, aut quid impedit, vt inter se afficiantur similiter, etiam cum vapor hostilis tangit hostile subiectũ. Probabilia hæc esse, credetis, qui vim & pertinaciam iræ intelligit & experientia cognouit hostes vel ad nomen hostis aut aliud eius simulacrum aut monumentum

Hostis vel ad nomen hostis & icone insania.

vel insanire. Historiæ fere sunt domesticæ. Narro tamen quod accepi de Gallo quodam (sunt autem Galli præ aliis iracundiores & mobiliores affectibus) qui cum spes sobolis ex iuuencula suscipiendæ, se patre nulla esset, permisit illi rem incestam cum nobili quodam se conscio, & interim profectionem simulante. Postquam cognitum fuit, vxorem imprægnatam esse: adeo infesto odio prosecutus est iuuenem, vt in toto oppido eum ferre nō posset, & ad mentionē eius sæuire inciperet, licet nulli amplius de facto constaret, seq; authore idem fuisset perpetratū. Alij adeo sunt pertinacis iræ, vt nullo modo placari possint, etiā cum salutis suæ iactura: Et narratur historia de quodam Italo, qui non contentus hoste prostrato, antequam corpus confoderet, apposita ad iugulum sica, coegit miserum abiurare Deum; quo peracto trucidauit eundem, gloriatus, ita oportere vlcisci corpus & animam. Quanta cum rabie Iudæi hostes Romanos sub Troiano adorti sint, quamque crudeliter eorum carnes dentibus lacerarint, & vorarint memorat Dion in vita Traiani, & alij historici: vt ita certum sit, quantæ vis sit inimicitiæ: de qua paulo post plura.

Historia mariti auersantis ad missarium, &c.

Itali scelera tum & impium facinus.

Thesis 191. Magia.

De vi magica non imus inficias fieri posse

ſſe incantamentis, vt accerſitus diabo-
s tale quid obiiciat. Sed nos de vi dia-
bli ſuperius diximus. Hic autẽ eam ma-
an etiam in ſpecie reiicimus, qua fabu-
ntur aſtra verbis moueri enunciatis: in-
e genios & conſequenter alia numina,
uibus procuratorib. accidat cruentatio:
uæ adeo ridicula & puerilis eſt, vt inter
pſos quoq; magos vix fidem inueniat.

Theſis 193. Efficientiũ adminicula.

Qui ignorat effectus quoſdam require-
e adminicula certa, & inter alia, etiam
eris determinatam cõſtitutionem, is de
aturalibus parum admodum cognouit.

Aeris vis varie affecti varia.

Qui in aere frigido & ventoſo & humido
erſatur, obtuſus fit ſenſibus, hebeſque
ngenio, & tantum non omnino plum-
beus. Sanguis frigore denſeſcit, reddi-
turque ineptior ad fluendum, Calor con-
tra eundem mobilem facit; quod obſer-
uant etiam chyrurgi in ſecandis venis,
quorum quidam inepti iure a Langio re-
prehenduntur, vnguentum populneum
vocatum ante ſectionem illinentes ve-
nis, ex quibus volunt ſanguinem prom-
pte educere, cum id frigiditate obſiſtat
fluori. Rectius alij primum calida: poſt
fluxum inhibituri, frigida reſpergunt
loca. Ita enim cogitur ſanguis, & con-
trahuntur meatus. Id etiam obſer-
uandum eſt in exploratione noſtra, vt
nempe

Chirurgi inepte allinentes venis vng. populneum.

Aeris obſeruatio in exploratione.

nempe aer nec calidior iusto sit, nec frig-
dior; sed media constitutione, ne fallatu-
Aromata. iudicium. Aromata & graueolentia al-
possunt in viuis aliquid commotionis ex-
citare. Non enim omnes ferunt. In ca-
dauere minus possint, nisi cum vapore te-
nui, acri, exiccante, atque ita forte occlu-
dente meatus, aut etiam alterante halitu-
præsentis percussoris, quo minus habea-
virium ad dandum principium motus. V-
syncerius fiat indicium, melius est aere-
ab alienis liberum esse saltem cadauer-
expirationibus mistum. Hæ enim prop-
Thesis 196. gari solent. Firmari poterant dicta nost-
historia vulturũ, de quibus Plinius narra-
quod biduo vel triduo ante vbi cadaue-
futura sunt, præsto assint, & exercitus s-
quentes repente appareant. Vnde
In 7. Pharsalia. Lucanus:

Iamq; diu volucres ciuilia castra secutæ
Conueniunt. Vos quæ Nilo mutare soletis
Threicias hyemes ad mollem serius austrum
Istis aues. Nunquam se tanto vulture cœlum
Induit.

Quanquam quod de præsensione au-
dicitur, nisi ea ex accidente est, non faci-
assentimur. Castra sequuntur non imme-
rito. Multa enim ad cibum in illis anim-
lia occidi solent, a quorum abiectane-
corui, vultures & similes viuunt. Mul-
etia-

rum fiunt suspendia, interneciones, cadauerumque reliquiæ; a quibus exhalans putredo acutas nares facile tangit, & ad cibum allicit: vt nõ necesse sit statuere vultures cædem præsentientes in loco eo vbi futura est, conuenire aliquot dies ante. Idem de aquilis scribitur. Nota est opinio de bubonibus, vlularum, canum, felium conflictu, coruorum crocitatu; pediculorum discessu, de corporibus moriturorũ, quæ omnia obitum præsagire creduntur. Nos autem etiam paruo principio vehementer commoueri, testimonio sunt iracundi & morosi ægroti, biliosi & melancholici, de quibus prouerbium est, Vt canem ferias facile inuenias baculum. Et, tacite stomachatur: Germani aiunt vel a musca insidente parieti offendi tales. In machinis versatilibus notissimum est, a paruo principio sæpe validũ excitari motum. Sciunt idem fissores lignorum, qui cuneum adigunt circa medium secundum rectum fibrarum processum. Notum est etiam Geometris, & ponderum gestatoribus, & nautis. *Principij vis maxima.*

De Archimede in expugnatione Syracusarum apud Liuium est, quod operibus suis miris, ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento sit ludificatus; Id quod fieri non potuit nisi paruo *Archimedes.* *Liuius li. 4. dec. 3.*

princi-

principio, quod in paucorum potesta-
esset, magnas vires complexus foret. Ide
dicitur facili ductu nauim oneratam i
sto pondere aggrauatam sine remis velis
attraxisse ad littus. Nautæ irruenti in n
uim Typhoni, occurrunt aceto, atque i
eius pauca aspersione tantum soluunt in
petum, quantũ alioquin vis nulla huma
na soluisset. Nempe principio turbinat
in acumẽ, contra ictum est, dispersoq; ac
mine reliqua nihil virium habuisse nece
se est omnino principio labefactato reli
qua subito cõcidunt. Perstante vero, mu
ti laboris est etiam non valida dissipare.

Typhoni occurritur aceto.

Magnes. 197. Thesis.

De magnete multa sunt experiment
Refert quædam Agricola lib. 5. de natur
fossilium. Licet ea spectare in pixide nau
tica. Huic si supposueris ferrum: videbi
ligulam eius ductũ sequi: ita vt per ebur
neam laminam vel argenteam penetret.
Fit idem si in vitro imposito experiari
Hac arte circulatores quidam saltitante
statuas in mensa repræsentant. Recita
Cardanus similia artificia de nauicula agi
tanda, deque dæmoniaca statua concin
nanda: Et norunt plura alij. Nec de ma
gnete solum id deprehendimus. Sunt qu
globum ex argento viuo conficiunt, ec
que manibus tantum comprehenso co
pus expurgant. Et quis odorum vim igno

Nota magnetem trahi a ferro: et si supponatur trahi partem illi tam magnete, si supra, aduersam. Vide Baptistæ Portæ librum de magnetis viribus.

ra

t præſertim ambaris, roſæ, & aliarum rum fragrantium? Quam parua partio- magnum impletur conclaue? De agal- cho præſtante dicunt, quod præſentia i compleat totum cubiculum odoratu. lem de radice occidentalis Mauritaniæ æ vocatur Tauzargent.

Aperte deduximus cauſæ mouentis ra- onem. Quo pacto moueat, nondũ patet. t attigimus hanc quæſtionem ſupra. Pa- celſici quidam (nõ enim omnes idẽ ſen- unt) magnetica vi attractionẽ fieri aſſe- unt. Volunt enim ſicut ferrum trahitur b Herculeo lapide, ita ſanguinem per- uſſi ab ipſo percuſſore: quę ratio mirabi- s eſt. Conſtat hoſtibus tantam eſſe vindi- tæ cupiditatem, vt non vereantur ſatiari oſtium carne & ſanguine, vt de Iudęis di- imus, narrantque qui nouum orbẽ con- emplati ſunt, idem a Canibalum gente fi- ri. An ergo, cum cupiditas ſibi vnitam ve- it rem cupitã, qua de cauſa eam proſequi uadet, ideo hoſtis attrahit ſanguinẽ pro- rati a ſe hoſtis? At quanto pollutus, cru- ntatusque ſanguine ex acie reuerteretur eu Scipio ſeu Cęſar, ſeu alius cuius manib. lurimi ceciderint? Quin cõtraria fuga re- ulſioq; in noſtro negotio cõſequẽs foret. Quis.n. interẽtor cuperet ſanguinẽ euo- ari, ſibiq; vniri? Et in viuo fortiores ſunt alter-

Theſis 198.

Non fit cruentatio per attractionẽ.

alterationes affectuum. Quod si non o
mnino alteraretur opposito fugæ affectu
saltem inhiberetur vis attractrix illa, qu
constat dirigi imaginatione. Quæ ver
etiam ratio est, cur cadaueris sanguis no
potius trahat sanguinem percussoris? Qu
mobiliora sunt, facilius obsequũtur. Mo
bilior est sanguis viuentis. Sic magnes n
trahit ferrum, nisi ipse sit fixus pondere
aut alia vi. Quod si ferrum præualeat
iam ab eo allicitur magnes. Apertum er
go non prodire sanguinem attractione.

Præsentia virtuosa.

Alia ratio est in præsentia alicuius virtuo
sa, qua vel per se adiuuat, vel ex accident
dum inhibet propellitq; contrarium, ob
staculo alioquin futurum, seu adiuuat
prope vna mouens, seu remote, vt dictu

Calor Solis.

est. Calor solis putatur quidem esse fœ
cundus ipso opere: Sic enim inquit Philo

2. de Gen. an 3.

sophus: διὸ πῦρ μὲν οὐδὲν γεννᾷ ζῷον, οὐδὲ φαίνε
ται συνιστάμενον πυρουμένοις, οὔτ' ἐν ὑγροῖς, οὔτ'
ξηροῖς οὐδέν. ἡ δὲ τοῦ ἡλίου θερμότης καὶ ἡ τῶν ζώων
μόνον διὰ τοῦ σπέρματος, ἀλλὰ κἄν τι περίττωμ
τύχῃ τῆς φύσεως, ὂν ἕτερον, ὅμως ἔχει καὶ τοῦτο ζω
τικὴν ἀρχήν: q.d. Ignem nullum gignere ani
mal: idque sensibus apparere, siquiden
neque in humidis neque in siccis cum v
stione, vel vbi vstio & feruor caloris est
deprehenditur gigni quicquam. Solis ve
ro calor & animalium, qui in semine est i

lorun

orum, quique in excrementis naturam ortitis, existit, licet illa sint diuersa a seninibus animantium, tamen principium itale habent, sicut & illa. Vim itaque νεργυτικὴν obtinebit in generando, qua etiam dicitur in actum vocare naturam nternam. Quanquam de hoc non lenis poterat esse pugna. Nam si illa vis per e inesset, quo validior foret, eo fœcunlior. At neque excessus eius nec defectus requiritur, videturque tota fœcunlitas non in calore esse nisi ex accidente, ed in subiecti interna natura, commolaque dispositione eorum, quæ ad eunlem effectum sunt destinata; Ita vt calor ictuet, remouendo saltem obstantia: veruntamen tum ipse etiam adiuuat hac ratione, quia contrarium quod obstabat motui arcet, nempe frigus & terram aeremque bene disponit ad generationem tum alia idem faciunt: vt cum feruorem ignis corrumpentem interiecto pariete, vel alio obstaculo intercipimus, curamusque, vt debitus calor ad opus perueniat. Nam non in quouis calore fit quoduis.

Videndum vtro modo homicidæ præsentia efficiat, vt sanguis exiliat. Præsentia nuda, ante est reiecta. Num ergo præsens vim quandam emittit, qua frigus

An ratione caloris emissi et percussi

fere emittat sanguinem cadauer.

ſanguinis tollatur, reſerentur meatus, auferatur viſciditas, & ex intimis venis prouocetur? Sane apertum eſt, vbicunque venam incidas, ea prorumpere poſſe ſanguinē vniuerſum, etiamſi illi enitendum ſit ad altiores partes, niſi calore deſerente citius, quam effluat, aut viis interim occupatis, &c.

Sic enim vulneratus in ſummo digitus etiam in altum ſublatus cruentat, nihil obſtante molis grauitate, quæ deorſum eum mouere debebat. In vulnere ergo ſanguinem frigus, aut aliud quid retinuit. Frigus ſoluere, caloris eſt. Eiuſdē eſt colliquare, attenuare, aperire meatus. Et caloris tenuitate, ſeu potius cū eſt is in ſubſtantia tenui ſanguinem prolici, oſtendit aloe, colocynthis, crocodylion Dioſcor. Oxym. Elleb. Geſneri, & alia vide de plāta cuius ſuccus illutus ſanguineos ſudores excitat epiſtolam Petri de Oſma additam lib. 2. Nicol. Monardis, &c. Itaque percuſſor calorem emittet. At hunc emittere poterant etiam alij præſentes. Et plures ampliorem vno. Imo adhibito vapo- rario vel nullo comparente debebat proſilire. Non ergo conſentaneum eſt calorē homicidæ, qua calor, id perfici, ſiue ſolum ſit præſens, & remoueat impedientia, ſiue etiam effectum vna procuret. Materia ſubie-

subiecta caloris istius propagati, aut est aer, aut vehiculum quoddam propinquius, veluti halitus aut spiritus. Ab aere quantitatem accipere hanc calor non potest. Non enim ipse subiectum est, sed in subiecto. Itaque aer eam in se haberet, quod falsum est. Aer si immutatur ab eo certo quodam modo, vt ita ab hoc calore talis fiat, veritati propius accedit. Si enim homicidæ non est calor simpliciter, sed determinatus, sane aeri poterit communicare naturam talem. Sed vsu & experientia constat, calorem ab homine egredientem tum non habere tantum virium ad alterandum ita spacium illud, tum non fieri posse tam celerem alterationem a tantilla causa: tum non sine vaporibus seu halitibus eum egredi, quin nec posse vires seu potentias diuersas vnum eundemque simplicem calorem sustinere. Itaque vehiculum assumendum fuerit, dicendumque spiritum calidum habere vim tam motiuam, non qua spiritus calidus, sed qua talis hominis, aliquando vehementem affectionem, immutationemq; ab animi perturbatione in se experti. Nec id simpliciter, sed modo tali, vnde affectio oriatur mutua inter ipsum, & sanguinem interemti. Diximus supra, vniuersum quidem corpus alterari affectibus, cum hi

An calorem aere per se idpossit.

Aer immutatus.

Hominis calor singularis per se nō valet immutare aerē ad singularē cōstitut: sine subiecto singulari.

Spiritus calidus talis.

ſint communes corpori & animo, at maxime id pati ſanguinem, cui ſpiritus & calor ſint coniuncta. Rectius igitur non excrementitios ſpiritus cum calore ſu... memus, ſed eos qui ex ſanguine ob animi commotionem, facti conſcientia, di... manarunt. Et his eſt maior ad ſanguinem affinitas, quam illis; ſiquidem propiu... ſanguinis virtutes redolent. Ita ergo ex... plicata ſit ratio iſtius agitationis, nemp... a ſpiritu, qui eſt in ſanguine aliquando alterato. (quæ alteratio a ſolidis membris, in quibus ſanguis immutatur, & de... inde nouo motu animi, vires acquiſiuit ſuſcepta eſt,) taliter, affluente ad vulnu... interim dum circumquaque naturalite... vagatur; Et potiſſimũ huc imagination... aſtantis percuſſoris dirigitur, dari princi... pium motus, non quia ſentiat ſanguis aut vapor ille, ſed quia aliquando ad ta... lem cauſam ſimiliter erat commotus.

Cauſa agitans probabilis.

Bezoar.

Hoc indiciũ tamen non inuenitur apud omnes.

Exemplum eius rei eſto Bezoar, qui la... pis dicitur veneno præſente tangenteq... ſeu vapore, ſeu ipſo corpore, ſtatim in... dicia quædam edere, vnde agnoſcatur. I... infra recitabuntur exempla de oue lup... que & aliis. Manifeſtum eſt ſtatim læ... quædam, etiam halitu aduerſarij perc... pto. Dioſcorides tradit, admota rad... ce aconiti primi torpeſcere ſcorpione...

Aconitum.

q

ni contactu Ellebori excitentur. Mi-
am vim toxici seu thorę VValdensium es- *Thora.*
reffert Gesnerus. Præsentissimum, in-
uit, est toxicum coniunctum sanguini,
uod per sagittas contingit. Si tamen
ocus ictus frigida mox abluatur, reme-
ium pollicentur. Sanguis qui e vul-
ere defluxit, etiam ad imum pedem,
oc veneno contactus recurrit, & in vul-
us iterum subit. Tanta in eo sanguinis
itæque auiditas rapida. Hæc Gesnerus; *At neq; hic omni calore est destitutus cum est fluxilis.*
uæ profecto quam proxime declarant
im istam ab homicida emanentem. San-
uis qui defluxit forte calentior sit san-
uine cadaueris. In cæteris magis con- *Comparantur hic duo sanguines ex adiuncto quodam.*
enit, imo dixerim illum longius disces-
isse a natura sanguinis. Vt ita ratio va-
entior videatur esse de eo, qui in cada-
eris venis superest. Nam quis nescit eum
ui intra venas arteriasque continetur,
n proprio vase plus habere virium?

At qui per pedes defluxit iam forte ex-
alante spiritu refrigeratus est, quod ex-
erientia in sacrificando certum est; Nam
uidam statim etiam intra cucurbitam
oncrescit, Et licet subtilitate veneni a
oncretione abstineri possit, corruptio-
em tamen & magis a natura sanguinis
epulsum esse consentaneum ex vi vene-
ni est. Si ergo venenum tantum valet in

commouendo ſanguine alieniore, quantum valebit in cognatiore?

Eſto autem illa exhalatio homicidæ certi generis venenum non quidem ad omnem, ſed ad hunc ſanguinem, qui immutatus erat ante in contrariam naturã. Cur ergo non moueatur? Nec refert ſi hoſtis viuere poſſit carnibus hoſtis. Nam illa auiditate, quæ eſt inſtar maliciæ cuiuſdam, etiam venena digerunt. Et de thora memorant quod comeſta non ita noceat. Autor lib. de Theriaca ad Piſ. cap. 10. ait: Herbam Ninumdaci & Dalmatæ telorum ſuorum cuſpidibus aſpergere dicuntur, & ſimul ac ſanguinem vulneratorum contigerit, fertur e veſtigio illos interimere, ab ipſis vero ſine noxa comedi. Vide ibidem de phalangiis, qua ictu necant, potu ſuum morſum ſanant. Conſentaneum etiam eſt, quæ puella viuebat araneis voratis, eam non tutam fore a veneno eorundem, ſi in parte quadam corporis vulnerata reciperetur. Non omnium partiũ, ea vis eſt quæ ventriculi.

299. Theſis. Certum pene iudicium feceramus, cum remotis fortuitis, per ſe cauſam docuimus. Per amici nomen homicidæ ſubterfugere licet, niſi ſimultatum, inimicitiæq; argumenta extent certa.

Teſtatur autem hoc ipſum Lemnius

de

e præſentibus amicis, quod vt olim ex viuis calamitoſe miſerabiliterq; affectis lachrymæ, extillarunt; ita ex defunctis, qui abſentium amicorum magno flagrarunt deſiderio, atque ita mutationem quandã ſanguini per affectum imaginatione fortificatum crebra, crebraque commiſeratione in ſe verſa inſtigatum, attulerunt, proliciatur ſanguis. Adeſt illi experientia. Nam & amori vehementi vis immutandi ſanguinem concitandique eſt, & miſerabili iſti triſtitiæ, quæ variis motionibus eſt commiſta, (præter iram) cuius exempla ſubiicimus. Alterat ſane triſtitia amorque ſanguinem adeo, vt etiam alienus fiat ab alendo corpore: vnde contabeſcunt tandem eiuſmodi perturbationibus agitati valde. Exempla recitantur non vulgaria tantum ſed & regia: Nota Theologis eſt Ammonis Dauididæ hiſtoria. De Seleuci filio Antiocho Stratonicen nouercam depereunte eſt apud Galenum & Valerium. De Fauſtina Antonini Pij filia Gladiatorem amante diſſerit. Iul. Capitolinus.

De amicis ſignatis.

Triſtes.

Langius lib. 1. Epiſt. 24.

2. Reg. 13.

1. Prognoſt. Val. lib. 5.

In Vita Antonini.

De Iuſta Boetij vxore Pyladis amore concitata, eſt apud Galenum. Non omittuntur Soſicrates, Lucretius & alij viri illuſtres. De Mercatore ad inſaniã ex amore verſo ſcribit Valeriola. De puella vi

Lib. de prænotion lib. 2. obſer. 7.

amoris mortua, cornax. Et ſimilia innumera inuenire eſt, ex quibus quantum nõ ſpiritus ſanguisque tantum, ſed totũ corpus immutetur, conſpicere licet: vt iam non ſit mirum ſanguinem non ira tantum ſed & amore alteratum, quandam vim propriam acquirere, quæ rei familiaris, cauſa ſit commotionis cuiuſdam. Ita inquit Plutar. in Sympoſ. decad. 5. probl. 7. πάσχουσα ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα διατίθησιν: Item τὰ πάθη τὰ τῆς ψυχῆς ποιεῖ σφοδροτέρας τὰς τοῦ σώματος δυνάμεις. Vide Gal. in lib. quod animi mores ſequãtur tempera. Item Philoſ. Non neceſſe tamen eſt ante mortem præſentem eſſe eum, qui amatur. Imo in quam ſi præſens ſit, ita quietem quãdam dari affectui, ſiquidem alias amans amatum ſibi adeſſe, qui finis eſt perturbationis, & ſumma voti, corã videt, & acquieſcit. Si abſens ſit res deſiderata intime, maior oritur cõmotio, ob miſeriæ ſuę cõſiderationem doloremq; inde obortum, vt ita in ſe verſus affectus, longe maiorẽ vim imprimat ſanguini; quin & duplicetur. Poſtquã igitur ab obitu accedit amat⁹ homo, miſera quidem lamentatio in hac exoritur, atque ita ex cõmotione eruptio ſpirituũ, in defuncto vero mouetur ſanguis eo modo quo mouebat in viuo paulo ante mortẽ. Nam altius impreſſa commotionis cauſa, etiã a

morte

orte aliquantum ſupereſt. Apparet hinc on neceſſe eſſe, vt in omnibus cadaueri- s ſuperueniente amico erumpat ſudor. am nec in omnibus tantum eſt amici de- derium, nec in omnibus tam forte.

Exemplum affertur de ſubmerſis a Le- no. Sed cauſa cruentationis in his pote- t etiam eſſe alteratio & commotio. Pro- l dubio enim nõ modeſte commouen- ur, qui extrahuntur ex aquis. Deinde nt fortaſſis plethorici, irrumpensque a- ua & fluxiorem & copioſiorẽ effecit ſan- uinem, vnde fieri poteſt, vt reſerentur enæ. Quin & alteratio dum ex aqua in ae- em transferuntur aliquid momenti ha- et. Nam plærunque exponuntur radioſo eri, aut calentiori, niſi nimis diu ſub aqua uerunt. Calor autem impetum addit te- uando, prouocando. Nos aſſumſimus xemplum, non negantes alias cauſas: ſed tatuentes non abſurde poſſe etiam talem quandam eſſe cauſam, præcipue cum ita laceat etiam aliis. Niſi ſubito ſuffocentur œnitere eos ſuæ miſeriæ poteſt, & miſe- rere amicorum abſentium, eosque deſi- derare vnice. Inde ſanguinem affici ne- ceſſe eſt.

200. Theſis de ſubmerſis.

Quod in viuis affectu vehemente, ſci- licet amoris & iræ potiſſimum, non intro tantum, ſed & foras contendat ſanguis,

202. Theſis. Commotiones iratorũ & amantiũ.

probamus exemplis, quanquam id notum est fere omnibus. Quis enim nescit amantes modo pallere, modo rubere, & in momento calorẽ mutare non tam præsente, quam absente cogitatoq; ac nominato amato? licet etiam cum præsens est amatus seu amata, pudor autẽ collusionem & fructum amoris manifestare & carpere prohibet, idem patiantur. Pallor autem euenit in his, sanguine moto ad cor, atque ita calore simul destituta superficie. Contra rubor, prorumpente iterum & a certo ad superficiem redeunte eodem, quo motu si non cruẽtatio (nam sæpe vasorum firmitas & humoris crassities obstant) oritur, saltem sudor. Irati rubescunt, pallescuntq; vicissim, nisi cum in actu est ira. Et variatio hæc prodit motum animi modo victi, modo vincentis, modo metu, modo ira agitati. Nam in consultatione modo reprimitur affectus metu iniusti, vel violentiæ similis, modo efferuescit. Sed de sanguine etiam profuso in amore, memorabile exemplum est, quod Cornax medicus lib. 1. consult. cap. 3. recenset sibi præsenti conspectum. Ita ille inquit. Vidi ego meis oculis rarum amoris signum. Assidebat nobilis quidam (insanus præ amore) iuuenis nobili & honestæ cuidam fœminæ viduæ, cuius nuptias ambiebat, & pro-

Pallor amãtium.
Rubor.

progressu temporis consecutus est. Hic prandio ad mensam cum colloquere-
ur, ecce vena in temporibus prope aures
li sponte aperta est, & profluxit copiosus
nguis, quem strophiolo compescere co-
atus est. Hæc ille. Nec dubium est similia
dicia edi plurima, si obseruentur sem-
er. Nescio an recte huc referri possit o- *Nares rorantes sanguine.*
ien istud vulgare, stillantium sanguine
arium citra euidentem causam; idque
otiss. non vltra tres vel paulo plures gut-
as. Nostri enim homines putant male
unc affici quendam amicum; aut porten-
li aliquid peculiare, quanquam super-
titioni hoc valde sit affine; Perinde vt &
omnium de casu dentis. De pello est apud *Pelli lachryma cruenta.*
phil. 9. hist. an. 1. his verbis: ὁ πέλλος χα-
λεπῶς ὀυνάζει τε καὶ ὀχεύει. κράζει τε γὰρ καὶ
αἷμα, ὥς φασιν, ἀφίησιν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ὀχεύ-
ων, καὶ τίκτει φαύλως καὶ ὀδυνηρῶς. Constat
quidem sanguinem etiam in magnis an-
goribus erumpere: pellum autem ob
hanc causam id pati non est verisimile.
Natura enim desiderium quoddam pro- *4 Sect. probl. 16.*
creationis ingenerauit cunctis, eiusque
illecebras posuit oblectamentum quod-
dam citra naturæ molestiam. Hoc con-
sentaneum est, dum auidissime fertur ad
venerem pellus, oculisque prosequi-
tur fœminam intentius, ea in parte
plus

plus eum commoueri. In homine etiam indicia venereæ affectionis oculi habent naturali quadam cum partibus genitalibus conuenientia, siquidem oculi amorē venantur aliæ partes eius fructum capere satagunt. Inde ab oculis humore spiritibusque raptis, vestigium defectus in eis apparet. Qui problemata scripsit, sect. 4. prob. 33. & 2. humore deficiente oculos infirmari in coitu dicit: quod calor liquefaciat humorem, seu quod partes hæ inter se collaborent, & extrudant alimentum quoque liquefactum. Confirmat autem idem autor, siue Arist. sit, siue alius nostram sententiam de cognatione oculorum cum membris genitalibus, siquidem inquit oculos & vicinas partes vim ad procreationem maximam obtinere, id quod pateat experimento illitionum circa illos, quibus sterilitati medentur. In aliis etiam siccitatem & colliquationem ob calorem agnoscit; vtpote cum vnius effectus plures possint esse causæ.

Cur oculi prodant coitum.

Vide & prob. 3.

Thesis 203. Philtra.

Qui philtra concinnant, studiose hoc agunt vt dum illa præbent, vel paulo post amans potiatur præsentia amati, oculosque in alterius defigat oculos, vt quasi hauriri in se desiderium possit, fiatque recta applicatio spirituum, & deductio affectionis similis expedita. Hoc machina-

mentum

mentum solum instar totius obtinet. Nam hac applicatione ita insinuatur alterius imago, vt facile effluere nequeat, quin & in ipso sensorio diutius persistat; vnde Philosophus censet nocturna oriri somnia diurnas actiones repræsentãtia. Sane oculos ianuã ad animũ esse veteres crediderũt, nec nos fallit experimentum. Eodẽ modo fascina fieri Langius loco in thesi 204. citato tradit, nempe cum spiritibus insinuata vi fascinatrice ad principium generale internum. Qui alio modo amores quærunt, misere sæpe decipiuntur: quale illud est de Cantharidum potu exemplum, vnde Epilepsia aut cruenta mistio aliaue mala pro amore sequuntur. Narrat Rulandus studiosum quendam ab amica placentas venenosas ad conciliandum amorem accepisse atqui delirio correptus, & mania male sit multatus. Quidam Italus cum formosam deperiret puellam qua ob diligentem custodiam potiri non poterat, ad magam veneficam confugit: quæ pomo tosto vt adamantem cogeret, miserabiliter interfecit puellam, diffluente eius vitali succo per magnum ardorem, veluti de pomo fiebat, quod solenne esse eiusmodi veneficis, ostenditur a Bodino in historia regis Scotici a Sagis ita tentati, per imaginem çeream. Nec aliena sunt hæc a

Amor per oculos.

Oculi ianua mentis.

Langius.

Philtra perniciosa.

M. Rulandus.

Bodin. lib. 2 cap. 8.

Boet. lib. 2.

Para-

Paracelsi homunculo. Sed hæc sunt a nostro instituto aliena.

Thesis 205. Iratus erumpere sanguinem.

De iratorum moribus & dispositione res manifesta verborum ambages non requirit. Erumpere aliquibus etiam sanguinem indicat historia Georgij Ioannis Castriotæ regis Epiri filij, quem Amurathes Turcarum Imperator Scanderbeium nominauit. Huic enim prœliaturo cum Turcis, fissis labiis sanguis effusus est: tanto cum feruore, commotioneque agebat aduersus hostes. Aliis loco sanguinis lacrymæ, sudoresque exeunt, nempe sanguine vasis suis arctius concluso a calore tamen apertis poris, excidit serosa pars, sudorum specie, quæ erat sanguinis comes. Omnino quanta sit vis excandescentiæ in commouendis humoribus ostenditur quotidiana experientia.

Gal. lib. de Ther. ad Pison. ex Hipp. refert excandescentiam prodesse Paralyticis.

Hominem arthriticum aliquando nouimus, qui cum egredi non valeret, nec crura mouere, concitatus tamen ira crura extendebat, & ad offendentem vxorem per medium solus cubiculũ percurrebat. Valeriola consobrinum suum aliquot annis contractis cruribus paralyticum nec ingredi valentem, narrat repentina vehementique ira percitum attentasse famulũ percutere, quem fugientem prosecutus,

a liberatus eſt morbo, vt in poſterũ pe-
ibus recte & ſine dolore vteretur. Itaque
t reſtitutus, quem pharmaca nulla ſana-
q poterant.

Non ſufficere putauimus effecti pro- *Theſ. 207. Obiectiones.*
bilem inueſtigare cauſam, ni etiam,
uibus contra iri poteſt, dilueremus. Ita-
ue aliquot prolepſes inſtituimus, quot
empe inter meditandum occurrerunt.
elebre eſt logicorum phyſicorumque
xioma contrariarum cauſarum effecta
ſſe contraria per ſe: & viciſſim contra-
orum effectuum eſſe cauſas contrarias:
t heterogeneorum heterogeneas. Itaq;
iſi ex accidẽte vnum effectum ab aduer-
s cauſis non prodibit. Videntur autem
ffectus oppoſiti aduerſe ira & amor: ſi-
uidem non amamus eum cui iraſcimur:
um hic iudicetur hoſtis vindicta dignus:
le amicus accipiẽdus beneficio. Rationis
uius argumentum eſt at non perinde ſe
abet in experientia, quę teſtatur id fieri in
troque ſiue altior cauſa aduerſa lateat ſi-
e eadem occurrat. Et in vtroque cauſam
otus ab affectu eſſe conſtat. Nam ſine
ffectu non eſt. Quomodo ergo amicitia,
t inimicicia ſanguinem foras mouent?
Vterque nimirũ affectus non vere aduer-
us eſt, ſed oppoſitus alter alteri cauſa fina-
i & quodam adiuncto. Vterq; motus eſt
animi:

animi: Vterque proſequitur aliquid: ſe
modus & finis proſecutionis eſt diuerſu
vt ſatis apparet ex theſibus. Itaque ſangui
qui adminiſter eſt vtriuſque ad finem, i
vtroque prorumpere ſolet, quem motu
a vehemẽte alteratione immutatus etia
paulo poſt obitum obſeruat, data anſa.

209. Theſis Sympathia, antipathia. Qui ſympathian, & antipathian pro de
fenſione afferunt, videntur hallucinar
Nam συμπάθεια motus confirmitatem re
quirit: vt in amicis qui inter ſe compa
dicuntur: ἀντιπάθεια, ſeu quomodo qu
velit appellare, diſſenſio naturalis, qua d
uerſimode imo aduerſe inter ſe afficiu
tur res, & iras mutuas gerunt, videtur no
ferre congreſſum, niſi in perniciem alte
rius, quo pacto de hoſtibus mutuo ſe vo
cantibus ſupra diximus. Sed oportet di
cernere formas rerum, & rationes. Nu
dyſpathia fugam affert, vt cum vitis ſe
uertit a braſſica, ſanguis conſiſtit præſen
Hieracite & Indico lapidibus; quaſi to
pore correptus, quo pacto & ſcorpius ta
aconito motũ amittit. Et piſcatores pa
torpedinis virus, fugam virtutis motiu
aut eius ligamentũ percipiunt. Lupus fu
git ignem conſpectũ; ouis lupum. Igne
Cardanus. etiam equi non patiuntur noctu, quo
Cardanus teſtatur ſuo exemplo. Sed in h
& ſimilibus alterum fugit, alterum in f

ga

num compellit. Si a brassica declinat vitis, non item hoc de brassica verum est. Ouis fugit lupum, non vicissim lupus ouem. Itaque iudicium hic debet esse circumspectum, & informari potius ad regulam de præualentibus contrarium fugantibus. In viuis hostibus ante victoriam in idem tendit appetitus nisi alter timidus est, aut iam victus. Qui præualet, victoria sæpe insolenter vtitur adeo vt affectus eum videatur mutatus in alium natura diuersum, nempe concordiam, vt fit in elementorum transmutatione & mistione. Sic cum lupus comedit ouem, aut interimit, non ita vt cum hoste agit. Sed vt cum cibo familiari, quanquam forte hostilitas respectu lupi nulla est, cum escam suam prosequatur; veluti leo & aquila cum venantur lepores, aut homo cum vtitur in cibo, vario animantium genere. Sed de his alibi loquemur exactius. Iam tantum de his qui antipathiam in hoste, sympathian inter amicos agnoscunt disserimus, quod hæ rationes nō sint commodę ad effectum explicandum. Nam alterius sanguis debebat refugere victus: alterius prosequi aut vterque prorumpere simul data pari occasione; idq; in hostibus. Sed ita semper refugeret sanguis occisi. Victus enim is est. Deinde præpollet viuentis sanguis san-

ſanguine defuncti in qua collatione alter videtur etiam verus, alter æquivocus. In amicis ratio eſſet cur vterque prorumperet. Poteſt quidem reduci effectus hic ad antipathian, & ſympathian; ſed remotius, minusque euidenter. Nos propinquiores cauſas inueſtigamus & communem afferimus a fine, non tamen vltimo, ſed tendente ad vltimum.

Nam proſecutio quidem in vtroque eſt: ſed in amicis ad fouendum ſe mutuo in inimicis ad vlciſcendum, vel conficiendum; ſiquidem in pugna mutua alterum demum vincitur, & in naturam alterius concedit; niſi æquatio & reconciliatio quædam fiat, ſicut philoſophari de miſtione ſolemus.

Theſis 212. Affectus. Dicimus affectus nec corporis ſolius eſſe, nec animæ, ſed vtriuſq;. Affectus nominamus turbidos concitatoſq; motus more Stoicorũ, quibus ea vox nihil, quod ſanum, quietum, & ſecundum rationem rectam eſt, ſignat. Sed omne in ægritudine poſitum eſt, & morbo animi.

Quod ſecundum naturam fit, id illis affectus vocabulo non deſignatur. Hoc verum rectumque eſt, ſeu iudicij neceſſarium fructus quidam verus; Affectus ex apparenter vero ſeu opinabili iudicio exeſtu, cum nulla ſit vera commouendi rati

Græ

[G]ræci πάθη vocant, seu παθήματα: quæ vox, [&] latina, affectus, quandoque vt apud [m]edicos etiam generalius vsurpatur. Plæ[r]unque ad speciem reuocatur adiectione [το]ῦ θυμοῦ. Non raro ægritudo & perturbatio [a]nimi appellatur, quæ cum vitiosa sit, a [sa]piente sit expugnanda, tollendaque sa[n]is animi motibus naturalibus, & cum [r]atione coniunctis, quæ vocari solent [ὑ]παρθώματα &c.

Animæ nomen facile intelligitur reuo[c]andum esse ad τὸ αἰσθητόν. Non autē πρὸς [τ]ὸ νοητικὸν, ἢ ἐπιθυμητικόν. Est enim affectus [c]orporea quędā passio sensibus coniuncta [c]uius si nō ταυτὸ; ὅμοιον tamen cernitur in [b]estiis: nihil autē in vegetalibus simplici[t]er. Nudæ mētes non afficiunt. Non enim [p]ati possunt ἄϋλαι οὖσαι: quanquam ex simi[li]tudine commotionum humanarum vo[c]abula eadem applicentur illis. In quibus [r]atio coniuncta corpori est, vt in homine; [i]n his affectus attingit mentē, seu τὸν νοῦν καὶ [λ]όγον: ita vt is huius sit seruus naturaliter. Rationi enim succūbere animus debebat, [e]iusq; imperiū sequi, quanquam ægritudi[n]es concitatæ, quas proprie affectus Stoi[c]i vocant, rationem rectam non audiunt. Et si audiunt, non sunt ægritudines, vt di[c]tū est. Philosophus tres quasdam faculta[t]es seu animæ partes nobis inesse voluit,

Affectus proprie in nudis formis non sunt.

vnam quę sit plane abiuncta rationi, quam φύσιν vocant, aut cupiditatem, quæ es platonicum ἐπιθυμητικὸν: aliam, quæ ra tionem eatenus attingit, quatenus ab e regi poteſt. Itaque nec ratio eſt, nec sin ratione, seu obediens ei, seu repugnans & vna secum præcipitans eandem. Tertiam appellant rationem ipsam, ducen τ͂ θυμοῦ καὶ ἡγεμῶνα, quam volunt gigni i solo animæ intellectu, vnde prudentia sapientia, ingenium, memoria. Hæ solent etiam ad duo redigi, vt scilicet si vna pars animæ rationalis, altera irratio nalis: Sed cuius natura sit duplex, alter quadam ex parte capax rationis: alter non. Quod si dicendum eſt, inquit phi los. illam quoque partem habere ratio nem, duplex erit ea, quæ rationem habe Altera enim proprie, & in se eam habebi altera ita vt is, qui dicto patris audiens es Non ignoramus hæc quibusdam non pla cere, quod putent, animam hominis sim plicem penitusque vniformem, seu to tam ἔλλογον non posse admittere τὸ ἄλογο Sed hi nouerint philosophum potentia seu facultates animæ distinxisse: non i partes quantitatiuas, vt vocant, animan diremisse. Reuera enim quædam facu tates eius & operationes eius nihil obti nent τ͂ λόγου: (vt λόγος eſt non ipsa anim

Cic. in 4. Tuſ. ad Pythagoram & Platonem refert bipartitam diuiſionem animi in ἔλλογον καὶ ἄλογον duplex.

se

ll facultas quædam eius) veluti vis nutri-
na. τὸ θυμικὸν ſæpe non curat rationem;
anquam ita apparatum ſit, vt poſſit ei-
m obſequi. Et hoc alligatum eſt cor-
ri. Non enim perficitur eius actio ſi-
: corpore. Quare huius ſunt affectus,
& virtutes & vitia. Verum autem id
ſe, apparet inductione. Cum enim
fectus ſint voluptatis, doloris, boni,
aliue, ſeu præſentis ſeu futuri: Vt bo-
i præſentis, gaudium, futuri cupiditas
aliue vero præſentis, dolor, futuri,
etus: Vnde exurgunt Ira, amor, com-
iſeratio, odium &c. Nihil horum ſine
rpore eſt. Omnes ſunt agitationes ſeu
otus corporei; magis minus concitato
orpore, pro vt exceſſus defectusque eſt a
ecto. Eſt tamen differentia aliqua. Cor-
us enim habet ſe vt ὕλη καὶ ὑποκείμενον: In-
erdum etiã vt organum proſequẽs, fugi-
nsue obiectum. Facultas interior, quæ a-
imæ ſenſitiuæ eſt, ὡς τὸ ἐνεργοῦν καὶ εἶδος. Nã
rincipiũ id eſt quod mouet; Affectus ori-
ur a notitia ſenſuali; ſiue iã factus ſit ſen-
us, ſiue olim, ita vt imago rei ex memoria,
phantaſia depromta iterum moueat vt
uondã. Non autem nouit corpus: ſed o-
nnia per corpus, tanquam aptum organũ,
quod ſimul inſtruit vita, & aliis admini-
culis, vt facultate ſua vti poſſit. Recte ergo

diximus affectus, seu turbidos illos motus animi, esse nec corporis tantũ, nec animæ; sed vtriusq; simul; animæ nempe non qua ratiocinatur, nec qua vegetat, seu alit, aut procreat; sed qua sentit: cui facultati annexum est τὸ θυμοειδὲς, quod proprie affectuosum est: ita vt duæ rationes sint huius partis, altera quæ sensus continet, altera quæ affectus. Argutus quispiã discerneret hæc causa & effecto communi circa dolores & voluptates. Reuera enim τὸ αἰσθητὸν famulatur etiam rationi seu intellectui. Intellectus aut simpliciter cognoscit, indeq; exercet rationẽ circa inuentionem & iudicium occupatã: aut perturbatur; seu intellectus vel ad simplicem notitiã refert allata seu ad dolorẽ & voluptatem; Ibi sapientiæ regnũ est: hic affectuũ. Vtrunq; sequitur actio sua; istud prudens, hoc perturbata. Itaq; ibi recta valet ratio hic magis minus corrupta. Hoc modo virtutes & vitia attingerẽt simul principẽ animæ partẽ: quod vero consentaneũ magis est. Nã si humana virtus in Ethicis consideratur: quæ sit propriũ hominis opus, seu effectũ; non qua non est homo, sed qua maxime, debebat inesse. Est autẽ virtus circa affectus. Quare & hi ad animam principẽ pertinebunt. Nec erunt communes bestiis, nisi κατά τι aut similitudine, vt Seneca dicebat. Apparet hoc etiam ind

3. de anima tex.12. 2. de anima tex. 150. lib. de mem. cap. 1. Ex quibus colligitur si non est intelligere sine phantasmate. Intellectus aut si vel phantasia quadam est aut non sine ea, fieri non potest, vt sit sine corpore. Et phãtasmata oriuntur a sensibus consequens est nec sine or-

de, quod affectus oriantur ex opinione, uæ non est in bestiis. Est enim iudiciũ ra-onis ex contingẽte ad falsum. Bestiis au-ẽ deest ratio. Et sic intelligatur ꝙ ante di-imus ex philosopho, affectus ad sensitiuã ertinere, eã sc. quę nata est rationi mini-trare. Philosophus considerauit rationes iuersas; atque ita explicauit rem, tanquã n disparatis subiectis esset, cum reuera sit num simplexque & idem subiectum. Pla-o deterius, vt & Galenus philosophati unt, subiectis discernentes animæ facul-ates, tanquã tres animæ in vno essent ho-mine, inter se cõnexæ communitate qua-dam corporis, veluti si quis tres principes na casa, aut vno sileno inclusisset. Feren-di hi sunt, si pro subiectis sumserunt partes corporis, in quibus diuersæ facultates cõ-munes plurimũ se exerunt, quanquãvnius sint principij communissimi; Non feren-di, si & natura & subiecto discluserunt to-tidem animas. Porro quod nos posuimus, id & Plato, & Aristoteles agnouerunt, φαί-νεται (inquit phil.) τῶν πλείστον οὐδὲν ἄνευ σώματος πάσχειν οὐδὲ ποιεῖν, ὅιον ὀργίζεσθαι, θαῤῥεῖν ἐπιθυμεῖν, ὅλως αἰσθάνεσθαι; Et paulo post. ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετά σώ-ματος, θυμὸς, πραότης, φόβος, ἔλεος, θάῤ-ῥος, ἔτι χαρὰ· καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν.

gano corporeo, nec sine sensu fieri intellectum.

1. de anima tex. 12. 2. Phys. tex. 12. Plato in Timæo & alibi. tex. 4.

Qui vulgariter de affectibus singulis

Thesis. 216. 217. & seq. differunt, vulgarem contemplationis modũ ſequuntur & inductione quadam, vt in eadem ſpecie commouentur plærunque ſinguli; ita deſcribunt ſpecies affectuum. Nos ſedulo cogitãtes, non facilem aut leuem contemplationem eſſe inuenimus. Etenim plurimũ dubitari poſſe iudicauimus, vtrũ tota continua perturbatio, quæ ſpectatur in aliquo, vt in lætitia, ſit proprius verusq; læticiæ affectus, an potius concurſus fiat pluriũ commotionum, ab vna ſimplici, quæ primum & per ſe vocetur lætitia, ſeparandarum. Deinde etiã hoc dubitari vidimus, ſint ne ſpecie diſtincti affectus, an ſaltẽ modis quibuſdam animi cõmotio, eſſentia eadem, diſcernenda: Et ſi eſſentiæ diſtantes ſint, vtrum ſimplices an miſtæ ſeu confuſæ motibus diuerſis eædem ſint ſumendę. Graue autem atque arduum videtur hæc exacte diſcernere, quod inordinate agitetur animus, violenteque inducatur nõ vno modo, pro celeritate huc illuc ſe verſantis, diuerſaq; cogitantis durante vno eodemque affectu. Agimus quidem noſtris thematibus de ira & amore tantum. Verum operæ precium facturos putamus, ſi paulo altius exorſi rem fuerimus, vt tũ paulo ante iudicatę quæſtiones dilucidiores fiant, tũ in pręcedẽte ſectione problema, vtrũ affectus eius partis ſeu ani-

De diſtinctione affectuum.

mæ ſin

æ ſint cuius eſt & ratio, an diuerſæ aliunius, aliquantulum diſcutiatur. Principium contemplationis eſt naturæ diſpoſitio ſibi conſentanea, ad quam iudicatur deinde facile id quod exorbitat. Naturæ perfectio, cum ſit finis proprius, vt & ſit, & bene ſit. αὐτάρκειαν quandam, & quietem habet coniunctam. Itaque motus non eſt, ſi omnia recte ſunt peracta, nec motus incongruus ſi bene fiunt. Cum autem hominis functio alia ſecundum animam ſit, alia ſecundum corpus; Et vtraque aut vni inſeruiat, aut multis, quæ ſunt inſtar eiuſdem (Nam & propter nos & propter alios qui ſunt inſtar noſtrorum, ſeu alter ipſe, aut quorum vicem ſuſtinemus agimus) in vtroque genere ſecundum naturam optime conſtituti perfectionem attingimus. In corporis cura, ſi quæ decet, præſto ſint, nutrimur, augemurque naturæ arbitrio ſufficienter. Animus noticia diſciplinaque paſcitur, ita vt contemplando proficiat conceptibus ſimplicibus, ſeu inuentione; Inuenta diſponat & iudicet. Omnia probe & tranquille, ſi interna externaque fiant ordine perfectiſſimæ conſtitutionis. Interna naturaliter habentia, conſpirant ad communem ſalutem concorditer. Externa, ſi ad ſuum quodque finem accommodetur, nihil inferunt vio-

 lentiæ.

lentiæ. Cum autem multitudo finium tantum variet: temporumque conditiones & modi vsurpandi, & alia adeo discrepent, vt accurate cognosci discernique ea necesse sit: nec principium intimum cognitionis attingat externa sine medio, sensus, adminiculi gratia, additi sunt, quibus internunciis mouemur coueni-entium & inconuenientium. Sensus naturæ, seu facultas illa, quæ cuiq; parti nutriendæ, & conseruandæ insita est, conueniens assumit, relicto inconueniente. Gustus discernit sapida, tactus calida, frigida, & reliquā, & sic in aliis. Ratio ex sensibus collegit noticiarum argumenta, quæ accommodans ad mutua, docet sine perturbatione, hoc congruum esse: illud incongruum, hoc auersandum: illud prosequendum; Hoc pro natura: illud contra esse, & sic in aliis quoque procedit, vt si quid amatæ rei pulchrum & bonum futurum sit: illud admittit, si quid malum, id arcet. Itaque si quid etiam mali illatum est, iudicat corrigi oportere, vlciscique iniuriam, si id res postulet; Et seu exemplum, seu facti memoria, illud quidem alios, hæc ipsum abstinere in posterum possit a simili. Ita lex nata est, quæ nihil aliud est quam iudicium necessarium de his quæ fieri oportet: vt de iusto & æ-

Sensus naturæ.

Lex.

quo

Recta ratio sine perturbatione.

ctio. Itaque ſicut logicus aliquis conclu-
t, citra commotionem violentam, in-
iſtum debere puniri: hoc, illo modo, pro
cti conditione: ita ſine affectu ratio, quā
pientiam vocarunt. Hoc modo Stoici
oncluſerunt agere debere ſapientem. Et
euera nec Deus nec lex, quæ vera eſt, ali-
er agunt, licet homines aut etiam qui
d homines loquuntur, affectuum no-
nina etiam tribuat iudicio ſeu actioni-
bus illis, vt cum furor tribuitur Deo, qui
amen per ſe furor non eſt, ſed iudicium
ſyncerum de æquante delictum pœna, vi-
detur autem furor eſſe, quia non intel-
igunt plærique magnitudinem delicti,
cum ſentiant magnitudinem pœnæ. O-
mnia ergo ſiue interna ſiue externa com-
parata ſunt: ad hoc, vt ſimus, & vt bene
ſimus; quod neceſſario conſequitur con-
trarij auerſio: ſcilic. naturam abhorrere
interitum, & fugere aduerſa. Si illa ſunt,
ſeu præſentia, ſeu futura, (nam adhæ-
ret ipſis temporis circumſtantia) nihil ac-
cidit noui, neque eſt perturbatio. Simi-
liter enim ſe habet perpetuo; cum con-
ſeruatio ſit familiarium pro modo naturę.
Si hæc vel adoriuntur, vel adortura ſunt,
ægre habet, & iam afficitur. Niſi rerum
vſu edoctus animus ferēdum placide ma-
lum moneat. Eſt autem malum omne
extra-

Furor Dei.

Malum.

extraneum naturæ. Itaque primi hinc oriuntur affectus, ex fuga aduersitatũ, quæ præsentes dolorem excitant, futuræ metũ si animus impos sit ad se continendum. Euenit autem etiam vt contingentium ambiguitas & deprauatio, & imperitia falsum pro vero obtrudat, & instituatur collatio falsa: vnde existit etiam appetitus cõcitatior aut depressior iusto. Itaque etiam affectus circa bonũ falsum oriuntur, vt cum quis ingenti bono se affectum putans lætitia efferuescit, & ex potestate mentis rapitur. Alius futuri cupiditate seu libidine nimium gestit. Inde fit vt quatuor perturbationibus primis omnino commoueatur animus impos, nec recte iudicans dolore scil. & metu, gaudio & cupiditate. Et hinc patet quomodo acceperint hæc vocabula Stoici, & quo pacto dixerint ex opinione affectus nasci, tollendosque esse a sapiente, quanquam posteri vocabula commutauerint, & gaudium homonymice appellarint naturæ amicam constitutionem, qua in se quasi acquiescit, aut in eo, a quo sibi bene esse intelligit, quale est verum & absolutum bonum. Sic desiderium appellarunt eam dispositionem naturæ, qua quis in futuro bono placide cõsentit: siue id sit ἐξ αὐταρκείας sui ipsius ad omne æuum, siue ex certa alterius veluti abso-

Primi affectus. *Affectus ex falsis.* *4. affectus.* *Stoicorũ sententia.* *Gaudium.* *Desideriũ.*

ſoluti boni fiducia, ex qua oritur virtus
æ ſpes vocatur. De verbis non pugnan- *Spes eſt virtus.*
um eſt, ſi res conſtent. Cupiditas affe-
uoſa eſt animi impotentia quædam ex *Cupiditas.*
turo bono opinato. Gaudium eſt ani- *Gaudium.*
i incõtinens affectus ex bono falſo præ-
nte. Nec refert ſi qui videntur etiam ex
eri boni ſeu præſentia; ſeu appetitu va-
de commoueri, veluti ſi quis πληροφορία
uadam promiſſionum diuinarum, quas
ntea ignorauerat, immodice exultet, hic
ihil alienum committit, ſi non exorbitet
d peregrina, terminos rationis egreſſus,
eluti ij, qui etiam ad impudentiam pro-
buntur. Illa autem commotio apparet
xtra ordinem eſſe, ſiquidem fallitur ſpe-
tantis iudicium, dum non æſtimat boni
tentis præcellentiam. Sicut enim non
gnoſcimus illam πληροφορίαν, quam na-
ura integra requirit: ita nec illam: qua
quis ad verum bonum ſeu præſens ſeu fu-
urum agitatur. Itaque virtutis veræ ma- *Virtutis veræ mali æſtimatores.*
i ſumus æſtimatores, vt Dauidis vxor. Re-
ctius Petrus bonum eſſe ſentiebat cum
Christo, Moyſe & Elia in illa luce diuina
eſſe, qui tamen recte iudicans, illud non
gnoſcebat. Non capit hæc noſtra con-
ſtitutio illud τὸ ἀληθὲς καὶ θεῖον. Si quis alius
falſo bono ſimiliter mouetur, is afficitur,
& decorum excedit. Quæ dicta ſunt, bre-
uiter

Collectio dictorum. uiter ita colligamus. Quæcunque in notitiam veniunt, siue denuo accepta, siue e memoria aut phãtasia recepta, disponere animum ad affectus possunt. Sunt autem vel νοητὰ vel αἰσθητά: Et hæc vel sensilia proprie vocata: vel improprie, vt quæ sensum naturæ assequuntur. Omnia autem corpus simul & animam mouent. Est enim affectus passio corporea. Mouent autem vi boni vel mali opinati, idque aut qui attingit ipsum, qui mouetur, vel aliũ, cum ratione temporis præsentis, vel futuri. Præteriti enim recordatio est, a qua si cõcitatur animus, tãquam nouus motus est itidem vi pręsentis aut futuri boni seu mali expressus, veluti quem pœnitet peccasse: ei pœna futura vel præsens succurrit: quanquam possemus dicere istam affectionem esse ex vetere renouatam, veluti qui ex memoria depromunt olim conditas imagines. Itaque tempora similia erunt, & affectus non idem: sed similis.

4 primi affectus. Porro ex bonis malisve oriuntur cardinales, seu primi affectus quatuor: Sicut bene videntur iudicasse Stoici. Duo τῆς ἡδονῆς, & duo τῆς λύπης, seu duo grati, duo ingrati: *Lætitia.* Grati quidem lætitia, quæ est affectus gratus, ob bonum opinabile præsens: *Libido.* Et libido quæ est affectus gratus, ex bono opinabili futuro. Ingrati vero ægri-

tudo

ritudo quæ eſt affectus ingratus ob ma- *Aegritudo.*
n præſens: & metus, qui eſt affectus in- *Metus.*
atus ob malum inſtans. Ex his aduer-
ntur ſibi fugæ & proſecutiones: fuga ſc.
æſentis & proſecutio præſentis, vt læti-
& ægritudo, fuga item ſeu auerſatio
turi, & proſecutio futuri, vt metus & li-
ido. Hi affectus cum non ob proprium
onum malumue ſunt; ſed ob alienum,
riant nomina. Læticia enim ob ma-
m alienum dicitur ἐπιχαιρεκακία, ſiqui- *Epicharecacia.*
em id futurum eſt, ſi præſens, dicitur ma- *Maleuolentia.*
uolentia. Si bonum alienum, congra-
latio eſt, aut delectatio, quanquam Ci- *Congratulatio.*
eroni, Delectatio eſt quæ delinit ani-
um ſuauitate auditus. Si futurum, com-
uni nomine ſolet itidem appellari. Gra-
ulamur enim amicis etiam futura bona.
Egritudo ob alienum bonum eſt inui- *Inuidentia.*
lentia: Ob alienum malum eſt miſeri- *Miſericordia.*
cordia. Nec hic nomina diſcernuntur
emporibus, niſi velis commiſerationem,
condolẽtiam, aut ſimile quid dicere. Me-
us ob alienum bonum variat. Si enim
nde eſt, ne amittat amicus bonum, cadit
in glaſſem ægritudinis, vocarique poteſt
ſolicitudo, quæ Ciceroni eſt ægritudo cũ *Solicitudo.*
cogitatione: ſi, ne adipiſcatur inimicus,
ad inuidentiam, & obtrectationem male-
uolentiamque recidit.

Libi-

Ira. Libido alterius mali ira eſt, ſiquidem
Odium. eſt futurum: ſin præſens, vocatur odium.
Et quidem ira cupit inferri, odium cupit
tolli; Et cognatus hic affectus eſt, imo co
incidit aliquando cum inuidentia, & con
temtu. Cicero vocat iram inueteratam
Nam non procul ab ira diſtat. Porro ha
Confuſio & miſtio affe-ctuum. Item conſecutio. affectuũ genera non raro alij conſequun
tur, non raro ipſa gradibus diſcernuntur
ſæpe commiſcentur. Ex libidine naſcitu
amor, qui fruitione boni amati tranſit i
lætitiam. Ita Horatius inquit:

Ludus enim genuit trepidũ certamen, & ira
Ira truces inimicicias & funebre bellum.

Lib. 1. Epiſt. ad Mæcenatem. Et Phil. lib. 2. The. 4. ὀργὴ ἐστι ποιητικὴ ἔχθρας. Diſparata. Metui etiam non raro ſuccedit odium
quod abit in triſtitiam. Omnino varia e
affectuum coniunctio, ſucceſſio, miſtio
Amori aduerſatur odium, & quadam te
nus etiam ira. Solent autem diſparata vo
care cum vnum opponitur multis, etiam
illa contrarium participent. Itaq; in the
ſi noſtra diximus affectus hos inter ſe di
paratos eſſe. Conueniunt autem gener
Cur metus oppoſitus iræ. libidinis, quæ aliud proſequitur. Metum
iræ aduerſum poſuimus paulo remotiu
ex ſententia autorum. Cum enim libid
metui opponatur, & ira ſit ſpecies libid
nis, ſpeciem aduerſam pro genere arripu
Affectus nõ veras habẽt ſpecies. mus. Neque tamen refert hoc multum
Affectus enim non videntur veras ſpeci

haber

bere, ſed modis, & aliis argumentis, veti fine, ſubiecto occupante diſtingui. Id quomodo appellauimus cupiditatem norem boni, cum ira videatur mali inrendi libido eſſe? Scimus cupiditatis ocem accommodari ad partem animæ rationalem, quæ vocatur ἐπιθυμία. Sed hoc ſcimus interdum promiſcue vſurari eandem: ſicut & voluptas accipitur ro libidine. Verum hoc curent grammatici. Cum autem qui alteri malum inrre cupit, ſimul ſatiet deſiderium ſuum, hoc ipſo facto conſentit, gaudetque. Ideo quodammodo ira libido boni eſt. Neminem enim libet male pati. Quod lij dicunt iram compoſitam eſſe ex dore & cupiditate, id nos vocamus coninctionem, ſeu duos affectus coniuntos, aut ex ſe natos cum interim libido enus ſit iræ, quæ naſcitur ex præconceto dolore, quem intulit offenſa ſeu iniuria. Et ſolent autores diſparare ægriudinem & libidinem: huic ſubiicientes ram, illi dolorem. Itaque dolor pars iræ nequit eſſe, niſi quis totum affectum conuſum vocet: cui tamen accedunt odium, ætitia, iactatio & ſimiles. A dictis non multum diſſentiunt ea quæ Ariſtoteles ſcripſit. Definit is iram ὄρεξις τῆς ἀντιλυπήσεως, quod Seneca reddidit, cupidita-

Cupiditas.

Virg. Hinc metuunt cupiuntque, dolent, gaudentque.

Ira.

Ira an composita.

1. De anima tex. 16.

lib. 2. de ira.

te doloris reponendi, quam definitionem Philoſophus Dialecticam vocat: aliter phyſice ita: ὀργὴ ἐστι ζέσις τοῦ περὶ τὴν καρδίαν αἵματος ἢ θερμοῦ: quibus verbis attingitur materia cum motu quodam, ſed generaliore iuſto. Alibi ita; Ira eſt appetitus apparentis vltionis, cum dolore propter apparentem immerito vel in ſe vel ſuos contemtum. Hic appetitus dicitur pro libidine; Et commotio irati, conſtans ex pluribus, deſcribitur addito dolore cum cauſa: ita vt detur Rhetorica deſcriptio potius quam definitio.

Sect. 2. probl. 26.

2. Rhet. 2.

Cur ira composita.

Hæc cauſa videtur eſſe, cur poſteriores iram compoſuerint, nempe Ariſtotelis iudicium ſecuti ſunt, quanquam non eſt κατὰ παντός deſcriptio, cum non ob contemtum ſolum, hoc eſt, deſpectū, detractionem, contumeliam, quæ ſunt partes contemtus, ſed & ob alia commoueantur irati, & non raro ob ſua facta. Dumque ait iram eſſe dolorem quendam ob non aſſecutum id, quod petitur, videtur ipſe non ſolum contemtum agnoſcere. Non raro enim fatui quidam ſuccenſent rebus quoque inanimis, non ſuccedentibus ex voto, vt vento aduerſanti. Apparet autem Ariſtotelea fluctuatio, dum modo dolore definit iram, modo appetitu; cum ille naſcatur ex fuga, hic e proſe-

Ariſtoteles in ira fluctuat.

..rosecutione rei. Non sat exacte, vt post- ..a Stoici, discreuit inter perturbationes .. consequentes, aut etiam coniunctas. ..n problematis iram timiditati opponit, ..cut nos thesi 220. Alibi mansuetudini. ..erum hæc potius omnium perturbatio- ..um seu animi ægritudinum vacuitas est. ..ansuetus enim dicitur, qui non trans- ..ersus rapitur, perturbaturque affecti- ..bus. Itaque non primum aduersantur ..ibi ὀργὴ καὶ πρᾳότης. Odium ab ira distin- ..guit ita, vt in singulos sit ira, odium tam ..n singulos quam omnes, vt in illa calliam ..antum, hoc in calliam & homines. Item ..quod ira cupiat λυπῆσαι, odium κακῶσαι. ..tem quod doleat irascens, odio habens ..non doleat: Irascens multitudini igno- ..scat; is qui odit, nulli: quodque hic ve- ..it non esse, quem odit; irascens velit es- ..se, vt saltem repatiatur. Alibi iram vo- ..cat particulam odij: sicut Stoici volebant odium esse iram inueteratam. Id autem inde, quia ira quodam modo existat causa rerum earundem. Distinguit maiore ve- hementia, quæ sit in ira, quodq; odium magis vtatur ratione, ira minus, odium sine, ira cum dolore. Verum hæc omnia non necessario sunt iudicata. Si odium est ira inueterata, aut ira particula odij, cur non sit vterque affectus cum dolore? Aut

8. Probl. 12. 2. Rhet 3. & 2. Eudem 6.

Mansuetus.

2. Rhet. 3. Odium distinctum ab ira.

5. Polit. 10.

cur non poſſit eſſe vtriq; coniunctus dolor, a quo tamen ſpecie ſua diſtat? Non enim ira dolor eſt, ſed cum dolore, ſe excitatur dolore, tanquam cauſa. Et cu odij ſit, afficere malo, iræ autem ſalter triſtare? An non irati expetunt vindictam iniuriæ, aut offenſæ? Malum erg alteri. Cur etiam non iraſcamur vel to ti genti? Videtur rectius ex pertinace ir fieri odium, vt ſic diſtent cauſa & effecto vel antecedente & conſequente. Et ali quando amoris priuatione, ſiquidem mutatio ex contrario in contrarium eſt. Ir amori vicinior eſt quam odium. Quæ grata ſunt, amantur; Quæ ingrata, odio habentur; Amor ex gratia eſt: odium e horrore. Hæc bene Ariſtoteles: cum vul iram ſequi quandam voluptatem propte libidinem vltionis; quod iucundum ſit, quis putet ſe conſecuturum quod expetit; quodque imaginatio vlciſcendi voluptatem creet. Indicatur his, iram eſſe libidinem quandam: & non dolorem: Mal vero illud, quod iratus expetat poſſibili ſibi, non autem impoſsibilia. Quam ſæp euenit iratum imprecari vltionem alter ſibi impoſsibilem? Dum enim feruet affectus, & rationem tranſuerſam rapit non relinquit rationi locum conſiderandi, poſsibiliane an impoſsibilia velit. Et

Ira libido quadam.

Etiam iratus impoſſibilia petit.

2. Eud. 10.

luntas sit impossibilium quoq;, cur ira-
non expetat talia? Herus ille iratus de-
sum vini seruo abstemio aufferri iube-
. Impossibile erat vinum subtrahere
menso eius cuius nullum erat. De amo-
nobiscum sentit Philosophus, cum eum
ponit odio, cum autē definit τὸ φιλεῖν, ꝙ 2. *Rhet. 4.*
, τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, ἀλ-
μὴ αὐτοῦ, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πρακτικὸν εἶ-
τούτων; videat quomodo secum consen-
t, voluntatem rationi coniungente: af-
ctum abiungente. Si est voluntas quædā;
voluntas est τοῦ λογικοῦ, cur affectus non
eiusdem? Item si diuersi sunt appeti- 2. *moral. Eud. 10.*
s, voluntas, cupiditas & θυμικὸν: cur
num definitur genere diuersi? sub θυμι-
sunt affectus, amor affectus est: ama-
, est affici & moueri hoc motu: non ita-
ue erit seu amor voluntas, seu amare, vel-
. Eodem modo peccat Fracastorius, qui *Fracastorius.*
morem vult nasci ex gaudio, cum illi rei,
qua oritur gaudium bene volumus, aut *An amor ex gaudio.*
am desideramus, qui amor sit beneuo-
entia eius rei, ob quam gaudemus. Facit
utem amorem communē etiam aliis ani-
alibus. Sed hæc nos copiosius persecuti
umus, vt naturas affectuū singulorū con-
emplaremur diligentius, ostenderemus-
que difficultatem explicationis, cum et-
am acutissimus Philosophus non admo-

dum consentanea pronunciauerit. Videre ex dictis aliquo modo est quomodo iudicandę sint quæstiones propositæ. Pauci affectus sunt primi, sincerique. Sæpe pro affectu ponitur passio aliqua, aut vitium, veluti auaritia, arrogantia, iactatio.

Fracostorius. Et Fracostorius affectibus annumerauit spem, quæ virtus est nata ex affectu, vt & verecundia. Item risum, admirationem, ecstasin, quæ partim affectus sequuntur, partim passiones sunt naturales, etiam citra affectum. Sæpe gradus vehementię nominibus discreti pro specie distantibus (vt ita loquamur) sumuntur, vt ira, indignatio, excandescentia, discordia, inimicitia. Sæpe confusio est vno accepto pro altero aut multis se consequentibus vel comitantibus in vnum congestis, vt cum gaudium pro amore ponitur, aut coaceruantur dolor, libidoque in iram, quæ tamen sunt disparata genera, quia arduum est singulas species proprie discernere tam varie concitatis animis singulis, prout varium concurrit temperamentum, consuetudo, ætas, obiectum, cogitationes, studia, & quæ alia mirifice affectus permutant. Ita Horatius ex Terentio amorem congerit ex bello, paceque permutatis pro ingeniis amantium. Et amantes cernun-

tu

r modo lætari, modo triſtari, modo me-
ere, modo cupere. Non eſt vt quis affe-
um amoris per ſe velit ex paſſionibus
nantis conſtituere, niſi omnes affectus
vnum malit confundere. Sic ergo cen-
mus, quemque affectum ſingularem per
ex ſua natura ſpectandum iudican-
umque eſſe: nec valere illam ex mul-
s miſtionem ad vnam formam miſtam,
uæ proprie miſtilium alteratorum cor-
orum naturalium eſt.

Affectus pro ſe ſpectandi.

An ſint ſpecie diſtincti affectus iudica-
u non videtur eſſe difficile. Species ſym-
olum cauſarum eſſentialium eſt: ſicut &
enus. Eſſentiales cauſæ materia & for-
na. Affectus nudæ formæ aut ſeparatæ nō
unt. Sunt enim materiales paſſiones, ſeu
corporeæ. Nec eſt illis alia materia, quam
ſpiritus, ſanguis, cor & reliqua. Calor in-
ſtrumentariæ virtutis rationem obtinet:
Anima interior primæ cauſæ. Senſus aut
noticiæ ſenſuales, ſiue ſenſus proprie vo-
cati, ſiue eæ poteſtates, quæ ad ſenſum
reducuntur, itidem inſtrumentariæ. For-
ma affectuum commotio ſeu agitatio,
aut perturbatio eſt. Cum enim ſunt, agi-
tatio animi eſt. Iam ſi nullus materiam
ab alius materia diuerſam ſortitus eſt: Sed
eadem aliter atque aliter afficitur, &
mouetur pro diuerſitate motus, quem

An affectus ſpecie diſtincti.

prima causa producit, materia non diffe-runt, sed quali quodam materiæ. Dicimu- enim cum sic mouetur animus, quæq; a- eum pertinent huius istius gratia, ira est amor est. Motiones diuersæ videntur di- uersitatem formarum inducere. Sed ac- cidit eidem mobili hoc: & contingit in v- no affectu varie moueri animum, no- vniusmodi. Non ergo certa forma dar- posset: etiamsi agitatio pro forma cuiu- que propria acciperetur. Plærunq; subie- cta occupantia, & fines & modi quidā di- cernunt affectus. Nec bene dixit, qui iram definiuit feruorem sanguinis circa cor. Non sanguis, sed & spiritus & reliqua pa- tiunt feruide. At idem accidit febricitan- tibus. Ita non bene, qui bilis efferuescen- tiam vocauit. Biliosis occasio est ad mo- tus velociores, impetuososq;. Sunt irrita- biles naturæ. Itaque affectus iræ facile i- illis inuenit locū, & inflammatur animus. Temperamenta, & humorum exuperan- tiæ, dispositionem quandam conferunt non totum constituunt. Vt ergo diximu- videtur hæc quæstio non difficilis expli- catu ex dictis. At videntur rursus ali- eandem grauem efficere. An enim odium ira, amor, inuidia, metus, dolor, non di- stent specie? Commune subiectum ips- est, est & communis agitatio. Atqui hæ-

Ira an feruor sanguinis.

Biliosi cur iracundi.

Contra.

no-

non negat ſpeciem; ſed potius conſtituit. Eſt enim in ſpecie communio ſingularium ſecundum eſſentiam. Imo illud ipſum etiam genus conſtituit. Ideo enim affectus animi dicuntur, quia animus materiatus in ſanguine, ſpiritibus, corde, commouetur. Verum enimuero, ſi poſſes mihi oſtendere materiam vltimam in ſingulis affectibus diſcretam vltimo; conſentirem. Sed cum vna eademque ſingularis materia ſit in omnibus nō diſtincta niſi modo motionis, & alteratione quadam. Non perſuadebis, vt vt nomina variant, ſpecie vera differre perturbationes iſtas. Nominamus interdum ſpecies: nominamus & formas, ſed modificate abuſiue: κατὰ συμβεβηκὸς ſicut philoſopho etiam qualitates ſunt formæ: Et ſi veræ ſunt ſpecies, cur non poſſint eſſentialiter definiri? Cur dicendum eſt, amor eſt affectus amantis? Amor eſt libido boni grati? Amor eſt commotio ſanguinis, ſpirituumque cordis ex appetitu boni iucundi affuturi? Et diſtinguitur a gaudio, ſola præſentia boni. Quod enim nobis coniunctum, & conforme cupimus, cum nondū ſic id amamus; Quod eſt iam; eo gaudemus; ei acquieſcimus iucunde; eo fruimur cum voluptate, & geſtione. Quæ dicta ſunt, omnia deſcriptionem quandam exhibent; definitionem

Vnde pendeant affectus. neutiquã. Præcidimus hic multas alias disputationes, ex quibus est & hæc, vtrum affectus pendeant ex intellectu, an phantasia, an aliquo alio principio: Et vtrum sint omnibus animalibus cõmunes: sitq; phantasia commune illud principiũ omnibus sentientibus: Et similes. Nam de affectibus nimis multa. Alterius loci erat hæc contẽplatio. Sed quã in thesi studiosorũ gratia ita tractare libuit, data occasione.

Thesis 222. Secundum obiectum sat dilucide tum ante in nostra explicatione tũ in thesibus sequentibus declaratũ est. In hoc negotio omnino inquã necesse est antecessisse notitiam hostis; sed non tunc primum cũ ad cadauer is accedit. Cũ homo esset nouerũ se mutuo alteriusq; sanguis ad alterum est mutatus, perinde vt totus animus hostilis effectus. Hinc infra diximus nõ signari eũ qui clam sine agnitione trucidauit Agnitione vero sensuali, non tantũ per oculos quãquã in his est vis maioris impressionis vnde & maior ad iudiciũ efficacia. Manet autem affectio similis in cadauere, non nimis corrupto, aut alterato. Itaque & similis motio. Nec mouet ratione qua est agnitus hostis. Nam istud principium iam secessit. Sed ratione ea, qua materia ad aliquem motum est procliuis; & ex potentia actu mouetur, si prouocetur. Ita magne

com

ommunicat ferro non ſubſtantiam ſuam
ed vim ſimilem; Sanguis, qui materia af-
ectus quædam fuit, non iam animum ob-
inet ipſum aut aliquid de animo; ſed ab
o vim accepit ſimilis motionis, quam ex-
rcet etiam abſente eo, dato motus prin-
ipio externo. Et ita intelligimus materi-
am phyſicam, cuius eſt potentia ad aliquē
motum vt cum ſemen aut terra mouetur
ad plantam per naturam, excitam ab ex-
terno aliquo motum prouocante, non
quemuis, ſed eum, qua nata erat ipſa mo-
ueri, ex interna diſpoſitione. Hic non ne-
ceſſe eſt imaginationem, noticiam, cogita-
tionē de fine, & alia talia intercedere. Im-
petu proprio ad finem tenditur, poſtquā
moueri inceptum eſt. Notandum autem
eſt vim principij foris mouentis etiam
phantaſma viuentis validum, obtinere.
Affectus enim tam a notitia intuitiua, vt
loquuntur, naſcuntur, quam ab ea, quæ ex
memoria per phantaſma repræſentatur.

In ſenſitiua anima nulla eſt προαίρεσις Theſis 22.
ſiquidem eſt, vt vult Phil. μετὰ λόγου καὶ δια- 3. Eth. ad
νοίας, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετὸν quæ ipſa non Nicom.
eſt in pueris & aliis animalibus, licet in eis
ſit τὸ ἑκούσιον. Quanquam autem inven- Quidam etiam beſtiis
ti ſunt olim, & hodie reperiantur, qui ra- rationem
tionem etiam tribuunt beſtiis, cum intel- tribuunt, &
lectu: nos tamē parū moti eorū argumētis, Veteres.

cum

2. de anima tex. 150. Et Tetoſibus quidam.
6. Ethic. inc. 2.
3. Ethic. incom. 3.
5. Ethic 8.

cum ſint futilia, Ariſtoteli in hoc conſentimus, quod προαίρεσις non ſit ἀλόγων, ſed ἐλλόγων: ſitque ὄρεξις βουλευτική, vt idem ſit τὸ προαιρετὸν καὶ τὸ βουλευτὸν vnde & ἀπροαίρετα, ὅσα ἀπροβούλευτα. Itaque tum beſtiis deeſt, tum in homine eſt, non qua ſentit, ſed qua ratiocinatur.

Theſis 229.

Exemplum magnetis declarat quodãmodo thema, nõ oſtendit ſimilitudinem, aut attractionem ſimilem, veluti ſupra diximus. Sed ſicut natura ſua mouetur ad ferrum magnes, ſine cognitione, & contactu corporali: ita etiam ſanguis interempti, etſi non tangatur ab occiſore.

Theſis 230.
Sic ea qua ſe ad arct. conuertit altera apice. Et qua dicitur arguere inceſtas.
Duæ craſes.

Qua vi magnes ferrum trahit aut ab eo trahitur, ea non eſt ex primis qualitatibus, aut harum miſtura, ſed dependet ab iſta eſſentia, eſtque eius proprietas intima. Vnde nec frigus nec calor iſtam impedit. Quod autem temperamentum ſubſtantiæ dicimus, & non ſimpliciter temperamentum, inde eſt, quod craſes agnoſcamus duas, alteram ex miſtura qualitatum elementarium ſubiecto qua cal. frig. hum. ſiccum eſt; alterã ex eſſentia miſti, qua ſimpliciter eſt. Vnde & formalis quibuſdam vocatur & ſpecifica proprietas, vt quod ventriculus concoquit, non ex calore eſt, ſeu ſimplici ſeu miſto: Sed ex ſubſtantiæ eius proprietate, dum ex talibus eſſentiæ partibus

taliter

[s]iliter dispositis constat: Alioquin multis [p]artibus calidior temperatura est aut æque [s]ilida; at non possunt nec datum illis est [a]equi officium ventriculi. Sed de hac re [d]isputauimus alibi.

Sine præcedente imaginatione aut no- *231. Thesis.* [t]itiæ etiam viui mouentur similiter: non [i]taque id absurdum est in defunctis. Fit [a]utem ob commune aliquod principium, [u]t est natura spirituum & sanguinis, siue [p]rima siue per assuefactionem acquisita. [H]inc qui soliti pedibus gesticulari, etiam [a]liud cogitantes istud agunt: Et Naturam [e]xpellas furca tamen vsque recurrit. Est *Consuetudo.* [a]utem etiam consuetudo natura quædam: *Sturnus loquax.* [u]t & mansuefactio bestiarum, quibus vi[d]emus recurrere sua sponte motum con[s]uetum; vt isti Sturno, qui assueuerat pro[n]unciare hæc verba; Caue tibi a consortio [p]rauo: quæ ipse, cum euasisset caueam, & [i]nter alios ruri captus fuisset, venatori oc[c]init more solito. Idem de coruo sutoris *Coruus.* [l]egimus tempore Augusti, qui non tan[t]um suũ χαῖρε, sed & cum emere eum nol[l]et Augustus, oleum & operam perditam [p]ronunciauit, nempe redeunte ad motum [s]olitum lingua, cum neutiquam intellige- *Passer.* ret censuram aut verba Augusti. De passe-re affirmant, quod imitari consuetudine possit lusciniam; sed non omissa consueta

canti-

cantilena sua in fine modulationis. In plā-
Plantæ cultura mansuescunt. tis obseruatio est obscurior. Est tamen et-
iam his simile quiddam. Nam cultura fre-
quente assuescunt tandem mitescere, & fe-
rinam naturam deponere, quod postea et-
iam sine cultura obseruant tametsi pluri-
Arua. mæ redeant ad ingenium neglectione. De
aruorum cultu idem agricolis notum est.
Quædam enim coli pinguiter quasi assue-
uerunt, quædam non. Itaq; si ab vsitato re-
cedas, damnū facias. Sed illustrius hoc to-
tum est in hominibus, & bestiis disciplinæ
Elephanti funambuli. cuiusdā capacibus, vt de funambulis, Ele-
phantis, saltatoribus equis, vrsis, felibus ad
mensam ministrantibus, canibus nunciis
& obsonatoribus aliisque innumeris con-
stat, etiam cum temporum obseruantia.
Ventriculus horæ obseruator. Nam non facile excites eas, nisi quo tem-
pore assueuerunt perinde vt plærique ci-
bum non desiderant, nec ferre possunt, ni-
si iusta solitaq; hora & aliqui semel, aliqui
bis, aliqui terquaterue ad epulas redeunt.
Ita somnus pro cōsueto inuadit sua spon-
te, natura suo tempore calorem ad ventri-
culum mittente, & ad cerebrum halitus,
tanquam sciat qua hora sibi sit feriandum
& qua operandum. Multos audiui, qui flu-
xionibus ad cura vexati statis temporibus
easdē accedere & recedere animaduertāt,
quod olim laborante ea parte solitæ sin
allabi

dabi. Galenus in lib. de Theriaca ad Piso-
nem cap. 11. Noui quendam mihi familia- *Venti obseruati dolore capitis.*
rem, qui cum Grabato decumberet, ex ca-
pitis sui dolore ventorũ discrimina fecit.
norunt Medici, qua difficultate cõsuetu-
dines eiusmodi tollantur. Ita consueti cõ-
flictari morbis, statis momẽtis eos experi-
untur, nec de vita valde periclitantur. Sed
in re manifesta verbis opus non est.

De his videndus est Atheneus, Plutar- 232.
chus, Baptista Porta & alij qui de Musicæ *Vis musicæ in affectibus.*
affectu scripserunt. Veteres sane ad conci-
tandos in bellum animos, vsi sunt musica,
vt Lacedæmonij, qui versas Tyrtæi & Pin-
dari decantabãt. Et erat Phrygiũ genus ad
hãc rem aptũ. Timotheus musicus Phry-
gio instigauit Alexandrum ad arma. Cro-
maticum ad molliciem erat comparatum
remissionemq; animi. Doricũ ad castitatẽ
& prudentiam; Lydium ad intellectus acu-
men. De Chamæleone pontico & Achille
memorat Athenæus, quod musica sedaue-
rint concitatam iram. Sed vt dicimus in his
saltem est aliqua declaratio, quia Iracundi
data occasiuncula aliqua, qualis est grauis
& seuerus sonus, facile ad iram vertuntur,
& pro consueto mouentur, veluti Plutar-
chus, qui auditis modis qui Harmatij vo-
cantur ab Antigenide decantatis hostem
ex amico assidente fecit, irruens in ipsum
cum

cum impetu. Nostratibus hominibus sæp
inter pocula redeunt consuetæ furiæ. Suc-
currit hoc loco lepida quædam historiol
eius qui deferre alios assuetus inter pocul
conniuens seipsum vt sorex prodidit. A
lunt respublicæ quædam delatores, quo
vocant consiliarios secretos. Ex horun
numero vnus cum bene potus ad mensan
dormitaret, tanquam coram magistrat
incepit nominare socios in eadem men
compotantes, & crimina deferre. Et lice
admoneretur vt si prodere vellet, suo loc
id faceret, tamen abstinere non potui
donec cum sella in pauimento prostratu
euigilauit. Tanta vis est assuefactionis v
etiam insciis inuitisque redeant commo
tiones. Idque si organis totis crassis solidis
que accidit, cur non sanguini mobili? Ob
tinet autem vna violenta mutatio vim a
suetudinis. Quæ inter domiendum recu
runt, putantur esse reliquiæ sensilium, i
organis restitantium. Vnde cum cæteræ a
gitationes a nouis obiectis cessent, hæ in
cipiunt phantasian mouere; veluti cu
sole remoto, stellæ elucescunt. Nam mi
nor actus præ maiore non sentitur. Fi
ergo phantasma, quod est somnium i
dormientibus ex obscuro icto sensibil
Sic inquit Phil. Quæ passio sit a sensibil
bus in sensoriis, non solum inest in senso
ri

Proditor consuetā actionem repetit imprudens.

Obuia inter dormiendū.

Aristotelis sententia de insomniis.

s dum ſenſus agunt, ſed & dum abie-
nt. Item paſſio ipſa eſt non ſolum in
ntientibus ſenſoriis, ſed & quieſcentibus
in profundo & ſuperficietenus confir-
antur hæc affectione, quæ aliquantiſ-
r in oculo manet poſt inſpectum ſolem.
t ſic de reliquis coloribus euidentibus,
nos ſumus intuiti fixius. Sic in vertigi-
e concepta ab aliqua re agitata. Nam
l alia verſi, ſimilem illis ineſſe paſſio-
em arbitramur. Facilem vero etiam mo-
um fieri a paruis differentiis, itidem com-
robatur. Vnde cap. 3. deducitur id quod
nte diximus, nempe reliquias illas, par-
aſque motiones noctu quieſcente tur-
atione mentis fieri manifeſtas, & ſic ac-
urrere actionum diurnarum ſomnia, quę
paruo principio, ſæpe in immenſum am-
liantur, viſisq; falſis pro affectione miſ-
entur. Nos vt iſta non negamus, ita hanc *Alia cauſa.*
auſam non abiicimus, quod tum ſenſus
iterior, communis dictus, tum phanta-
a motu conſueto agitetur in ſomno po-
iſſimum, quando alia mutatione facultas
ta eſt liberata. Idque tunc accidere poti-
s arbitramur, cum recte diſpoſito cor-
ore ſobrie & diligenter ſeu ſerio res tra-
tauimus. Nam tunc altius imprimitur
nouendi cauſa. Videtur obſtare quod
maginatio definiatur motus a ſenſu in
 actu

actu factus. 2. de anima tex. 161. Sed hoc d
his verum est, quorum est sensus non d
omnibus. Nam chymeras etiam imagina-
mur. Mocenicus in parte 3 cōtemp. 4. cap.
14. putat species sensilium retineri in ip
phantasia; vnde recurrant noctu tempor
quietis ad sensuum exteriorum organa fo
ris clausa intus aperta ibi ob frigus hic o
calorem. Sic speculorum officium præsta
re sensoria, & exhibere phantasiæ iteru
suas imagines. Negat autem ea quæ mo
uent dormienti sensus, in exteriorum sen
suum organis retineri, siquidem hoc ad
misso semper eandem perceptionē indu
cerent: vt ita semper somniarēt dormien
tes. Item fore vt aliquando oculis vsi, po
cæci facti, nihil de coloribus somniare n
quod putatur falsum. Vnde Aristotele
sententia aliquantum cōuellitur. Non t
mē omnino absurda est. Et plures possu
esse occasiones somniandi, veluticum qu
leui somno suspensus præsens lumen p
palpebras admissum, ita percipit, quasi
loco somnij esset: Et sic insusurrant in a
res: quod intus repræsentatur loco somn
Et ita in tactu gustuque quod crebro se
tientibus euenit, lingua imbuta dulci al
quo ex destillatione liquore. Potest etia
fieri, vt ex memoria recurrat imago, cu
nō sit absurdum, sicut reminiscimur vig
lant

Mocenicus.

Memoria est in parte imaginatiua.

...ntes, ita motum eum posse repræsentari ...h somno, præsertim dato eius principio, ...nde mouentur postea connexa. Cæsalpi-...us lib. 5. quæst. Peripat. quæst. 7. prope ac-...edit ad hanc sententiam, cum dicit ima-...inationes esse veluti picturas: sensum, ...nemoriam & spem, veluti quæ repræsen-...antur picturis. Ita enim etiã res memoriã ...ompræhensa ad imaginationẽ & sensum ...ecurrere potest, ibiq; repræsentari: vt idẽ ...pertius paulo post dicit, imaginationes ...lurimæ principum motus habent ex no-...bis, vt ex sensu vel memoria alicuius. *Cæsalpini sententia.*

Argumenti vis ex comparato minore ...d maius est: quod scilicet consentaneum magis sit sanguinem a funere recente mo-...ueri ad consuetum vel impetum semel cõ-...ceptum, qui ob magnitudinẽ vicem con-...suetudinis obtinet, quia in viuo spõte sua citra imaginationem, & contra voluntatẽ etiã mouebatur solito modo, vel iuxta im-pressionem violentam. Ratio est, quia in defuncto sui solius est: in viuo voluntas, i-maginatio, nouæ impressiones & alia ob-stare possunt; At etiã his impediẽtibus sępe mouetur, quanto magis nullo impediẽte? *233. Thesis.*

Sanguinẽ a morte nõ cessare esse sangui-nem primo, & per se seu συνωνύμως, videtur dubium esse. Nam cadauer a morte, hu-manũ corpus ὁμωνύμως vocatur: & oculus *234. Thes. Sanguis defuncti an sit sanguis primo.*

mortuus, quia visionem, quæ est form eius, amisit, nō primo appellatur oculus sed vt pictus oculus. Nos hic de sanguin recente loquimur, qui adhuc obtinet po tentiam ad actum suum, quem etiam ex ercet, h. e. nutriret calorem & spiritus par ticiparet, esset sensuum minister, si prin cipium gubernans adesset. Hunc ergo a huc sanguinem licet appellare. At no sanguinem hominis primo. Nam hom iam esse desiit forma perdita, quæ τὸ εἶνα præstabat. Si oculus misti formam retine etiam a morte; etiamsi formam alterā se actum secundum amisit. Nec putandun est formam istam organi ex mistione te merariam esse, & non participare ocul nomenclaturam.

Oculus.

Non enim quoduis ex quouis miscetur Et fines sunt duplices, primarius vnus, vt videat, cui astipulatur finis subordina-tus. vt sit talis ad videndum. Ob hunc e mistionis forma. Itaque oculus est alter fine & forma, etiamsi non possit vider propter principij defectum. Hoc et iam ita patet. Oculi constitutio talis est vt possit colores recipere, eosque adapta re principio videnti. Nisi ergo sit cor ruptus, dico ipsum etiam post mortem hoc officium præstare. Itaque sua ex parte recipiet colores at homo non videt oculo quia

Ante corruptionem partes nondum amiserunt potentias primas, quæ sunt aquæ-væ mistioni, seu perfectioni qua sunt mista.

ria id quod vtitur oculo ad videndum, & adminicula principij istius, absunt. Par ... conditio aliorum instrumentorum. ...rra non cessat esse serra, etiamsi non ...n actu secet, aut nullus sit, qui ea vn...am vtatur: modo apta sic ad secandum. ...que formam suam & ob hanc δύναμιν ...tinet: Et merito serra vocatur. Non ...nim nomina signant tantum secundos ...tus, sed & potentias secundas: seu om...no actus primos, qui sunt nihil aliud, ...am formæ. Est ergo sanguis nondũ cor...ptus suo iure, & primo sanguis cum a...um suum primum adhuc habeat. Memi...mus nos interdum homonymicũ san...inẽ appellasse; sed id ex philosophi sen...tia & cõparate ad actus secundos, seu ad ...perationes. Et philosophũ hoc respexisse ...m dixit oculũ sine visione esse homony...ice hunc ipsum; ostendit vox ipsa. Nam ...sio actus secundus est seu operatio oculi ...it potius animæ per oculum tanquam ...strumentum videndi proprium, Interim oculus adhuc sit coniunctus corpori, & ...corruptus: obstructus autem neruus ...sorius, vt vis ad eum non possit perueni... non dicetur homonymicus oculus iu...ta actum primũ, sed secundũ. Nam rese...ta obstructione, iterum videns, osten...it se videndi potentiam non amisisse. In

Homonymicus sanguis interdum vocatur.

Restituti ab obitu.

hunc modũ posset quis contendere, quem mortuum Elias excitauit, illi tantum restitutum esse principium vitæ scilicet animã reliquas partes adhuc integras persistentes δύναμιν retinuisse, quã secutus est actus, principio operationũ reuerso. Sic in apoplecticis, Epilepticis, Syncopticis, & aliis euenit. Sic in arthriticis, & aliis conuulsis quibus sanatis membris actio redit. Posset ex his aliquis obiicere aduersus thema 236. quod ne hominis quidem rationem amisisset, siquidem se habet sanguis perinde ac oculus læsus in homine viuo ad oculum illæsum cumq; ille non desinat esse humanus oculus, ita nec sanguinem cessare humanum esse. Dicimus diuersitatem esse in formis ipsis. Nam tota forma hominis informat totum. Ergo & oculum; Et non qua oculus est, sed qua humanus.

An sanguis amiserit rationem hominis a morte.

Hominis enim esse a forma humana est. Hac ergo absente, non potest esse humanus, etsi oculus sit. Si viuo adhuc cohæret ille, non tamen operans, quia non tantum qua oculus est hominis, a communi anima informatur: Sed & qua membrum totius. Ideo non omnino desinit esse hominis: licet oculus hominis homonymice ad acti secundum vocetur. Hoc ergo primũ discrimen est; inter sanguinem viuentis & interemti: Vterque est sanguis sed ille a-

nima

malis per ſe & primo re & nomine, hic
mine tantum cum tamen re & nomine
iam ſit ſanguis, at non amplius animalis.
eſiit enim id cuius eſt, animal eſſe. Alte-
um capi poteſt ex ratione membri. Non
nim ita eſt iudicandum de ſanguine ac
e oculo. Hic enim pars corporis ſeu mē-
rum eſt: Sanguis non: Sed eſt alimen-
um, cuius famulitio ſimul ad alia abvti-
ur anima. Sed de his ſatis.

Sanguis non eſt corporis pars.

De menſtruo ſanguine ſententiæ ſunt
iſcrepantes. Quidam eum veneni quan-
am naturam obtinere volunt, quidam ab
omni veneno ſitate iudicant. Illi vtuntur
acris & prof. nis teſtimoniis ſeu experien
iis, hi opponunt rationes ſuas cum ſuis i-
idem experimentis. Contentionem vide-
ur Hollerius tollere, in 1. de morbis inter-
nis ita ſcribens: Non ſine ratione multi
contendunt, neq; præter naturam eſſe ſan-
guinem menſtruũ, neq; excrementitium,
niſi ſola quantitate. Nā ſi qua in eo malefi-
cia reperiantur, quę Plinius recēſet, ea cor-
ruptioni illius, diuturniori in vtero morę,
cum e vaſis propriis excidit, accepta referri
debent, aut miſtioni vitioſi alicuius ſucci.
Quod ſatius eſt, quā duas illas partes con-
ſtituere puriorē beneficam, & fœculentam
veneficā. Neq; enim probabile eſt homi-
nē veneno concipi conceptũ veneno con-

238 Theſis. Sanguis mē-ſtruus an venenatus. Hollerij iudicium.

ſeruari in vtero, in lucem editum eodem ali, niſi iam dicere velis infantis corpus aut totum aut magna ex parte venenum eſſe. Hactenus Hollerius. His opponi videntur longe certiora argumenta. Nam conſtat magnam ſanguinis Ebullitionem fieri influxu menſium; vnde non tantum capita dolent, maleque toto corpore afficiuntur mulieres, ſed & alij earum odorem grauiſſime ferunt, ſpecula inficiuntur intuitu earum; Arbores enecantur, vina corrumpuntur, quæ pro exploratis certiſque iam habentur, ita vt impudentẽ oporteat eſſe, qui ea negauerit. Nec hæc eueniunt ſolum in cacochymicis, ſed plærisq; etiam ſaniſſimis. Nec conſentaneum eſt quantitate iſta inferre ſanguinem ſiquidem vapor exhalat; nec ſolum vapor, ſed qualitate idem malefica imbutus, quod ab effectu conſtat. Baptiſt. Porta lib. 8. magiæ cap. 14. mulieres menſium tempore cucumeres, & pepones viſu inficiunt: ibidemque venenoſam ebullitionem eſſe cauſam dicit. Sacræ literæ menſtruatam a conſortio hominum ſecludunt: Et rem abominãdam deterrimamq; iudicare volentes, pannum menſtruatum proponunt. Qui magica cõſcribunt, inter veneficia etiam hunc nominant quod vim habeat dementes reddẽdi, magisq; nocẽdi ſi ex bilioſis & ſte-

Phil lib. de ſomniis cap. 2.

Baptiſta Porta lib 2. magiæ cap. 19.

sterilibus sit. Imo feces humani cruoris
refactas aqua detracta lethiferas vapore
adunt esse. Hollerij argumenta non vi-
entur sat efficacia esse ad arguendum.
Nam si non is sanguis est veneni quædam
species, cur dicuntur leprosi fieri, vel ad
lepram procliues esse, qui concipiuntur
tempore eius? Cur papulis, & exanthema-
s nullus non corripitur? Sane id ex vi-
ulentia sanguinis esse, ostendunt Arabes,
insuper compertum est, quibus infanti-
bus a partu per venas vmbilicales, multũ
eius sanguinis ingerunt obstetrices, eos
aut valetudinarios fieri, longoque & peri-
culoso conflictari morbo, aut breui mori.
Scelus istud excusaturæ postea, aiunt Epi-
lepsia interfectos esse, cum ab obitu circa
vmbilicum, totaque illa parte inferiore
vsque ad plantas venenato illo sanguine
erubescant, & interdum atro colore infi-
ciantur, neque quicquam Epilepticarum
conuulsionũ in plurimis spectetur, quan-
quam hoc morbi genus ex malicia vapo-
rum inde halantium exoriri non est ab-
surdum. Dicunt infantis materiam esse
istum sanguinem, vtpote ex sententia Ari-
stotelis pro spermate se gerentem fœmi-
neo. Eodem ali volunt, esseque lactis &
eius vnam substantiam. Quid tum inquã
postea? At inde venenatum eum esse non

Obstetricũ erratum in præligando vmbilico.

Alimentū & materia generatio-nis non absoluunt a veneno menstruum.

negatur. Nam etiam veneno ali posse & exoriri animalia certum est, vt sputum humanum serpentibus. Inconcoctum sane eum esse, & excrementum quoddam, Peripatetici, non dissentientibus Galenicis, fatentur. Cruda vero talia, quæ a calore animalis vinci nō potuerunt, an non vt inutilia & nocua excernuntur? An non morborum fiunt causæ si retineantur? At etiam quid boni solet naturaliter excerni? Et constat etiam in non plethoricis, seu vasa seu vires spectes, profluuium istud procedere, vt non sit, quo copiā accuses. Hæc afferri possunt pro Plinio. Sed non inepte Hollerius sentit. Nam multa sunt venena & deleteria, tum certo quodā modo, tum certis rebus, putrefactione semen venenatum efficitur: cacochymia, eademque etiam sanguis. Itaq; non sine ratione infantes plures infestantur malis dictis, siquidem vna cum syncero alimento hauserunt etiam malignum, nisi id vitio obstetricum sit ascribendum quæ violente quemuis in vena vmbilicali sanguinem ante incisionem eius infundunt, intruduntque istis, ne scilicet esuriant, quasi fames istis sit metuenda, quibus natura os statim aperuit, gulam peruiam fecit, appetitumque simul concessit, ita vt eum sæpe indiciis manifestis prodant: nec ventri-

Variola morbilli vnde.

Prætextus obstetricum inanis.

ntriculo officium coquendi denegauit, ptura simul & facultatem & instrumentum dante: Insuper etiam fidelem cibi administram voluerit esse matrem, cui statim a partu, nisi quod vitium est in angustia venarum, vel aliud lacte replet mammas, aut si hoc deest, alius conueniens cibus suppetit. Interim si plærique patiuntur ista mala: at non omnes, nec pari violentia. Degunt enim quidam saniusq; ad vltimum vitæ halitum, iique non pauci, qui vel parum eius sanguinis acceperunt, vel nihil, quod tunc fieri potest, cum tempore gestationis matres per se bene constitutæ etiam bene reguntur, neque multum peccãt, vt illę quas pica inordinatusque appetitus vexat. Et in nostris locis accidit, id frequentius, quo magis solent sibi indulgere ad omnia esitanda potandaque quæ placẽt oculis. Nec absurda est Galeni ratio, violentis mora in vtero deprauari sanguinem, & quod bonum est, absumi, quod prauum, relinqui, vsq; ad excretionem legitimam. Philos. dicit cum semine multũ pituitæ excerni a viris. Vnde pituitosi valde iuuentur frequente coitu. At seminalis excretio in viris respondet mulierum menstruis, ipso teste. Cur non etiam hic natura quod prauum est vna eiiciat? Non improbanda ergo sententia est

4. Gen. an. 2.

Sect. 30. Prob. 14.

corum,

eorum, qui dicũt, naturam prouidam generaturæ & nutrituræ infantem mulieri, tum dispositionem, tum facultatem ad nutrimentum, materiamque concessisse, sanguinem pleniorem. Hic quia extra finem istum in corpore manens, multorum morborum causa erat futurus, ad salutem mulieris vna cum prauis excernitur. Non enim in alimentum vertitur, cum ante sat prouisum sit ei, nisi quis defectus, vt laboriosis & vetulis & famelicis accidat, aut aliud erratum eueniat: licet Philosopho primarius finis sit excretio inutilis: secundarius ille abusus ad generandum. Quod arbores necentur, & vina corrumpantur menstruatis accedentibus, nõ est mirum, si quis vapores vndique ex toto corpore prodire consideret, qui tamen simpliciter venenum non sunt, sed rei tali. Nam nulla menstruata potest animal quoddã istis vaporibus interficere. Non itaque simpliciter sunt venenati. Inter multa inimicitia quædam est: veluti Sambucus lotio perfusus emoritur. Tenta idem in aliis plantis, effectum eundem notabis. De sanguine putrescente, res plana est, vt & corrupto vitiosis humoribus: vnde interdum gigni pestem ex intimo vitio, at non contagiosam posse asserũt. Nec peste inferiora multa alia mala sæpe vitio sanguinis enascun-

Omnino aliud est menstruũ, aliud sanguis is ex quo seu fit seu nutritur conceptus. Hic integer est illius respectu, ille deprauatus, &c.

naſcuntur, ex quibus ſunt cancri, vlceraque cacoethe, papulæ, anthraces, bubones, gangrænæ, lepra, elephantiaſis. Et quæ alia a bilioſo, pituitoſo, melancholico, malicioſo, putredinoſoque exiſtere experientia notauit. Dioſcor. tradit menſtruum ſanguinem circum litum inhibere conceptum, aut ſi omnino mulier tranſeat menſtrua, vel illis inſiſtat. Vlſtadius iubet cauere ne menſtruoſa attingat aq. vitæ lib. de ſecretis cap. 45. Magicorum ſententia nihil comprobat. Nam non caret ſuperſtitione, & viribus aliunde illicito modo accitis. Et vtuntur iſti ſæpe rebus alioquin ſua natura innoxiis, prętextũ artis diabolicæ quærentes, vt de puluere ipſorum ad ſortes malaque magica a diabolo accepto diſſerit Bodinus. Sed hæc mittimus. Noſtrum thema non offenditur, ſiue quis per ſe, ſiue ex accidente ſtatuat ſanguinem menſtruatarum virulentum: quam virulentiam non accepit ſecretione, aut mutatione aliqua externa, ſed interna alteratione. Si ergo intus venenatus fuit, & morbidus, foris eandẽ naturã retinere ipſum, non eſt a veritate abſonum. Et ſi intus etiam non malignus, ſeparatus ſeu foris exiſtens malignitatem acquirere poteſt; quis neget intus talẽ, foris exuere naturam ſuam? Non enim cauſa eſt

Menſtrua virulenta intus.

ſa eſt mutationis in melius, niſi forte totu corruptus ſit. Intus autem erat cauſa vt pote calore coniuncto, & natura conti nentium, a quibus alterari poterat. Ipſ etiam ſecretio oſtendit, eum conuenien tem naturæ non eſſe. Semper enim natur corruptum, & immedicabile ab integr ſeparat, exturbatque. De ſanguine hirci no non quidem conſtat, quod intra hir cũ viuum adhuc exiſtentẽ moratus, calcu lum frangat: at vires iſtas in adamante te rendo, qui ipſi calido immergitur, & re num lapide comminuendo, poſtquã pul uis eius hauſtus debite fuerit, exhibet ex perientia non fallente. Meminit Mizal dus ſi vitrum coctum maceratumve fu erit in ſanguine hircino & ſucco ſenecio nis id molleſcere, adeo vt quiduis ex e fingi poſſit: Indureſcere iterum frigida Ex hac autem tanquam a poſteriore: a prius inexiſtentem δύναμιν ratio recurrit iudicatq;, eum non ſecernendo, non fr gefactione, aut alio modo tali efficacem factum, ſed natura eſſe talem, tum ratio ne materiæ (nam ſi alatur hircus ſaxifra gis nutrimentis aptior ad eam rem euadit tum efficientis, quæ eſt tota ſubſtanti hirci ſeu craſis prima, in corde eius po tiſſimum locata, cuius vi, mediante calo re, non quouis, ſed hircino, mediantibu

Theſis 239. Sanguis hircinus.

Nota alios diſſentire, quod fieri poteſt, quia nõ ſemper omnia reſpondẽt in ſingularibus.

etiam aliorum membrorum facultatibus, vt venarum, arteriarum, epatis, ſaxifragus efficitur. Hircum autem hac facultate eſſe præditum, vt & totum genus caprigenum, excrementa comprobant, vt quæ vim diſcuſſoriam, & penetrantem calidamque obtinent: Ita enim vſurpant ſimum caprarum ad œdemata diſcutienda, ad hydropas, ſtrumas, & alios tumores flaculentos & aquoſos. Nec vero abſonum eſt, ſi quis vellet vti aqua ſtillacitia aut infuſo ſtercoris talis, ita calculum frangi poſſe, quo pacto etiam vtuntur quidam vrina talium animalium. Sed fœdæ ſunt medicinæ, & non niſi, vt ille apud Galenum in cura vuę cenſebat, ignorantibus miniſtrandæ. Fracaſtorius cauſam refert ſeu in poros, in quos ſe inſinuet, ſeu analogiam principij interni, de quibus nos ſuo loco. Idem hircinus ſanguis traditur etiam venenatis prodeſſe vulneribus. Nec ipſius tantum tota ſubſtantia calculoſis auxilio eſt, ſed & aqua diſtillata.

Excrementa caprarũ diſcuſſoria.

Aliȷ vſus ſang. hircini.

Aq. deſtil.

Noſtrates homines tempore peſtis hircum alunt, tanquam vaporibus eius fœtidis corrigatur aer, venenoque accurratur. Similia autem de aliis ſanguinis generibus referuntur ab autoribus. Vulgare eſt in Epilepſiis præbere ſanguinem ex poplite

Vide Dioſc. lib 2. cap 71. medicina ex ſanguinib.

turturis

turturis viui extractum. Aliqui præsens remedium ad oculorum caligines ex sanguine columbæ recente conficiunt. Alij ad Epilepticas conuulsiones etiam sanguinem humanum a decollatione recentem commendant: Alij leprosos eo inungunt. Paracelsici ad miraculum vsque destillationes sanguinis euehunt. Paracelsus ideo sanguinem humanum vocat monarchiam: quanquam alicubi monet Vlstadius, ne vtamur sanguine humano, quia sit res fœda & abominanda. Mithridates rex sanguinem anatum ponticarum miscuit antidotis suis. Et Galen. lib. 2. de antidotis cap. 8. commendat medicinam de sanguinibus. Hieronymus Rubeus putat iuuari stillaticiis e sanguine medicamentis Elephantiasi laborantes; Et adducit Guaiuerij autoritatem de adiumento hecticorum: Et montagnanæ: qui tamen abiecta aqua sanguinem subsidentem putrefaciunt: fortassis ita venenum eius tollentes, quod inesse scripsit Baptista Porta. Ex his apertum est, cum vtantur sanguine non tantum separato a corpore, sed & destillato, idque ex certis animalibus ad morbos certos, retinere vim suam sanguinem quam a corpore acceptam in ipso quoque habuit.

Plin. lib. 28. cap. 1.

Vlsta lib. de secretis naturæ cap 14. et hic alij Chymistæ.

Lib. de destill. sect. 2. cap. 11.

Vis huius exempli, de Faustina Marci Anto-

Antonini vxore, est, quod sanguis habet aliquod amoris solatium, siquidem totius instar est. Vnde quasi voto potita fuisset illa, sanguine amati gladiatoris remedium amori attulit. Fertur autem amans ad amatum: Et sicut totus affectus, ita & sanguis qui affectus est minister, coniunctum vtrumque, fomenta mutuo oblectationem capit: Sicut ergo Faustina ardebat gladiatore, ita gladiator si pari affectu detentus fuisset, vicissim foret passus, sanguisque eius erga illam fuisset commotus. *Sanguinis Vis in amore.*

241. Lepra sanguis. De sanguine leprosorum, vt & pestilentium, notandum est, ei nocumentum tale inesse, cum adhuc in via ad putredinem vltimam est. Nam postquam iam computruit, corruptusq; est, non videtur adeo pestifer, licet non videtur totam veneni naturam exuisse. Hoc coniicere licet ex interdicto illo diuino, quo a consortio hominum arcebantur illi, qui nondũ toti erant leprosi, seu consummata elephantiasi infecti: qui quidam si erant, puri iudicabantur. Ratio est, quod sanguis dum in mutatione est, ebullit, halitusque afflat perniciosus, vi caloris mutãtis. Postquam computruit, seu mutatus totus est, non efferuescit amplius; Sed finem motus adeptus est. Itaq; nec halitus edit viru- *Cur perfecti leprosi mundi iudicati?*

lentos, nec ipse adeo nocet. Sanguis quidem non cessat esse. Nam impossibile est hominem sine eo viuere, at sanus non est vlla parte, sed totus leprosus. Itaque lepra immedicabilis credita est, si qua est consummata: & hoc ipsum fateri cogunt etiam Paracelsici omnium morborum alioquin expugnatores vt gloriantur. Nam si quis hereditaria, aut omnino consummata lepra affectus sit, ei restitutionem aut non, aut vix promittunt. De eo ergo qui inueterata lepra totus est captus, non potissimum thema nostrum disserit, sed de putrescente adhuc, cuius tam serum quam vapor est malignus. De dissidio Flori, acanthidis, & ægithi est apud Phil. lib. 9. hist. an. 1. vbi addi etiam hoc de sanguine: λέγεται δ᾽; inquit ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται ἀλλήλοις. Fides penes autorem esto. Nam neq; ipse Aristot. nec alij leguntur id experti. Plinius ex Aristotele hoc transcriptum enuncia his verbis: Et acanthis in spinis viuit. Idcirco asinos & ipsa odit flores spinæ deuorantes: Aegithum vero in tantum vt sanguinem eorum non credant coire, multique ob id veneficiis infament. Hæc Plinius qui quod Aristot. de floro & ægitho, i ipse de spino & ægitho pronunciat. Vt v autem habet experimenti veritas: probabile est quod dicitur ex historia lupi & ouis

Quædam lepra etiam Paracelsicis incurabilis.

242. Thesis. Anthi & ægithi sanguines.

lib. 10. ca. 74.

quo

quorum reliquiæ etiã post obitum dissentiunt: idq; in animalium & plantarum historia est notissimũ. Cardanus lib. 18. subtil. vbi istorum meminit, ait: istiusmodi antipathiæ atque sympathiæ causam esse consensum aut dissensum dum viuerent.

Thesis 245. Fascino interemti. De fascino interemtis. siquidem eorum sanguis in naturam veneni degenerauit, id scribitur a quibusdam magiæ naturalis assertoribus. Et verisimile est, siquidem grandem mutationẽ a venenatis halitibus natura est perpessa. *Fulmine interemti.* Id constat, fulmine interemtorũ carnes, & cruorẽ esse venenatum, lethiferumq;. *Peste.* Bestias mortuas esse, quæ gustauerant cadauerum peste interemtorum viscera, alij fidem faciunt. *Pestis Attica.* Scripsit id olim Thucydides in Attica peste grauissima accidisse, vt cadauera defunctorũ nulli carniuoræ bestiæ impune licuerit gustare: coruiq; circa eadem apparuerint nulli, qui alioquin ad tales cibos sat assunt frequẽtes. *Quid abstinuerit bestias a gustãdis cadaueribus pestilentibus.* Iordanus medicus in lib. de pestis phœnomenis, negat id malicia pestifera euenisse, sed odorem tetrũ odiosumq; saporẽ voraturas abstinuisse, cũ alia (quin peste) interemtorũ quadrupedũ viscera sat auide deglutiãt. Putat autẽ istum fœdum odorẽ saporemq; etiã in viuis fuisse, restitasseq; alicubi in defunctis. Quod Thucydides de coruis ait, id putat ideo fa-

ctum quia nulli erant: omnibus fere, luè abactis aut interfectis: nisi quid oratorij ornamenti ex hyperbole sibi sumpserit idem autor. Ita interpretatur etiam Botii Florentini historiam de suibus, quæ ex discerptis panniculis peste interemti sint mortuæ: Eodem in loco habet illud de veneficis, qui vtebantur puluere pestilentium cadauerum ad inficiendos alios, quique decocto eorum inficiebant ostia, pessulos & alia, quibus ex vsu tactis pestis immitteretur. Putat illud magica vi factum, quãquã triplici id historia cõstet satis fide digna, Patauina scil. teste Iulio Alexandrino, Badena, & Romana, testibus Dione & Xiphilino, quanquam nos Lypsiæ nouimus simile scelus ausum esse Vespillonem, vt eo lucrosius sepeliret. Opponit his aliud facinus Vratislauiani Sandapilarij, qui impune defunctam relictamque sibi inieclat virginem. Verũ de his & similib. non ita confuse est iudicandum. In quibus viuis desæuiit malum, omnesq; vires fregit putrefacto sanguine, & alienatis spiritibus a tota priore natura, in his consentaneum est, nihil venenatorum balituum esse a morte; In quibus vero non peracta ista immanitas est, vt qui primo pestis insultu perierunt, ita vt sanguis, in quo aliquis adhuc calor est, ebulliat adhuc, putrescatque,

Sues ex pannis discerptis mortui.

Venefici in peste.

Obscenum facinus Vespillonis.

Distincte iudicandũ de pestilentibus.

atque, in his negari non poteſt, peſtife-
os reſtitare ſpiritus, qui ſatis ſint ad infi-
endum: perinde vt paulo ante de lepro-
o meminimus. Sed & hoc diſcrimine ob-
ruato, notanda adhuc duo ſunt: Primum
ſt, quod non quiuis halitus cuiuis ſit exi-
ioſus, vt & non quoduis cuiuis venenum.
taq; fieri poteſt, vt in quadam peſte, bruta *Non quoduis cuiuis peſtilens.*
ion abſtineãt cadaueribus; vt nec abſti-
ient veneno interfectis omnibus. Nec in
eſtiis ſolum hoc obſeruatum eſt, ſed & in
iominibus: quod de Tartaris teſtatur Va- *Tartari cadauerũ appetentes.*
lianus, commentans in tertium lib. Pom-
ponij Melæ; qui quouis fere morbo inter-
fectas beſtias gratis adhibuerint menſis,
quod de equo & leunculo ibidem narrat.
De Schyta demortuas feles & canes vorã-
te memorat idem. De viperarum voratri- *Lib. 2. & 3. de alim. facul.*
cibus populis meminit Galen. Et idem de
Athenienſi quadam cicuta viuente. Non
taq; omnibus venenũ eſt, ꝗ quibuſdam.
Non ergo abſurdũ eſt ſi Iordanus teſtatur
quædã bruta nõ abſtinere peſtiferorũ ca-
daueri. ob duplicẽ rationẽ, vel quia deſę-
iit venenũ, vel quia ipſis hoc venenũ non
fuit. Poteramus adducere etiam hominẽ *Homines interdum coquunt venenatorum carnes.*
interdum cõcoquere venenoſorũ carnes,
vt de quodam memorant: qui anguẽ pro
anguilla ſine noxa pranſus fuerat, ſed in-
ſcius. Nam poſt rem compertã animi con-

sternatione in morbū illapsus interiit. Verum ad alterum notandū accedimus, q̄ sc. in his quoq;, in quibus pestifera vis mutationem, & putredinē absoluit, non sit tuta fidelisq; tractatio. Nisi fiat noua alteratio vel corruptio, vt per concoctionem: nolo suspicionem de veneno abiicere. Quis.n. ignorat agens naturale assimilare sibi passum? Si pestis etiam sanguinē totum corrupit alterauitve, quis eum pestilentē non esse ausit affirmare. Etsi contagio nō sit talis? De porcis historiam quomodo idem ausit eludere tanquam hyperbolicam, mirum est; Constat enim quid fomes habeat virium, etiam post annos plurimos, vel ipso Iordano teste. Sed de his forte disseremus in nostris de peste thesibus.

Pag. 207.

Venenum illud nutrimentum Indicæ puellæ, ab Indorum rege Alexandro donatæ dicitur fuisse Napelli, qui quantam veneni vim obtineat, ostendit Mathiolus, modo is Napellus in hac historia sit accipiendus, qui etiam Tora quibusdam vocatur: Et non potius Græcorum cicuta, quæ est Napellus Arabum, teste Auerrhoæ. Similis historia est apud Gal. de anu Attica, cicutam magna copia ex consueto vorante: & de alia puella saginata araneis: Et mithridate.

Thes. 249. Arist. in lib. de reg. princ. Auerrh. in Proœm. 3. phys.

Quod de Gallinis scribitur; alia historia,

Plin. lib. 25. cap. 2.

a, sed nõ ita noxio vsu confirmatur. Nam dicuntur Gallinæ viperis saginatæ & elixæ elephanticis esse salutares. Ostenditur nimirum, quod virtus, ne coctione quidem exolescat. Vnde non immerito pastilli viperarum. Theriacæ immiscentur: Vide Gal. lib. de theriaca ad Pis. cap. 10. Sunt tamen multa, quæ vsu & præparatione diuersas nanciscuntur vires: vt ibidem docet Galenus, & Iuuenis Scholiastes: quod & Paracelsus innuit, cum certo modo præparatis, mistisque certas assignat vires. Terebinthina coagulata abit in lapidem, qui ferrum attrahit vt magnes, ipso teste. Aqua vitrioli destillata cũ sale ammon: olet moschum. Stercus vaccæ ad solem destillatum aquam edit, quæ imitatur ambram odore. Mus araneus lethifer bobus & equis oleo immersus & putrefactus propriá plagam curat, vt & viperæ corpus, & adeps crocodili, & alia multa, vt scorpius, canes rabidi, pili, bufo, &c.

Langius lib. 1. epist. 69.

Terebinthina in lapidẽ Herculeum.

Aq. vitrioli olens moschum.

Mus araneus.

De hoc axiomate etiã alibi diximus: nec opus est demonstratione prolixa: per se patet, quod proposito eodem fine mouẽs naturale fortius citius ad eundem, meliusque perueniat quam debilius. Vt æger pedibus, tardius traiicit miliare spacium pedibus valente: quod est localis motus exemplũ. In alteratione calor fortior con- 252.

gruens tamen maturat citius non forti: Et quam caniciem senectus tardem affert, ob calorem paulatim diminutum, eam curæ vehementes inducere breui possunt, vt de quodam carceri incluso post denunciatam mortis horam accepimus: quē vna nocte iuuenem oppressit canicies. Quanquam enim in his naturaliter se habentibus stata depræhenduntur tempora plurimum: euenit tamen vt vis generatiua validior, citius absoluat generandū, quam ea, quæ languida est. Sic notarunt ætates hominum repente extitisse magnam murium & aliorum insectorum in quibusdā regionib. copiam: quæ alibi non ita celeriter posset esse. Causa autem etiam in procliuitate materia est, & adiuncto calore. Et licet si qua est debilitas principij, tum naturalis, tum artificialis, ea potissimum sit non in ipsa, sed vel in patiente, vel circumstantibus & auxiliis, vt materiæ prauitate, caloris defectu, violentia resistentis, & prohibentis seu retinentis. Et omne principium, naturaliter determinata ad se requirat: euenit tamen vt inde forte aut debile dicatur, quia mouet valide vel languide: Et finem citius tardius attingit. In diuersorum generationib. res manifesta est Nam citius pisa crescunt, perficiunturq; quā pyra aut nuces: citius

Vna nocte canus.

Ita in corruptione violenta, quin & generatione.

itius etiã poma illa pręcocia, & auguſtea,
uam Platomela vel alia. Sed in genere
odem homo homine citius abſoluitur. In
ugmento & decremento itidem res patet.
Nec vero oportet miſcere violentiam na-
turæ: Sed in eadem proportione ad finem
t perſiſtendum. Eſt enim quidam calor
on ad generationem, ſed potius ad cor-
uptionem aptus: veluti flamma magna
uum corrumpit, tepor accommodatus
xcludit pullum. Sed de his albi etiam mo-
uimus.

Non putamus quenquam adeo veſa- 253.
num fore, vt negare auſit habitum quen- *Habitus qui-*
dam a magna cauſa ſubito poſſe induci; *dam etiam*
qui vel diutius duret, vel aliquantiſper ſal- *repete fiunt*
em, etſi non ſemper adhæreat. Nam ta- *a magna*
is eſt conditio acquiſitorum conſuetudi- *cauſa.*
ne vel actione crebra, aut magna, habi-
tuum, poſſe iterum exoleſcere non exer-
cendo. Sunt enim extrinſecus advenien-
tia; non ab interno principio, niſi mate-
riæ quadam δύναμει dependentia. Qui ſo- *Ariſt. lib. de*
lem intuetur, in eo non adeo cito exoleſ- *ſomn. cap. 3.*
cit imago. Aduſtionem momentaneam
quædam diu retinent. Ambræ adiectum
aurum, diu poſt retinet odorem. Nec fer-
rum compaſti magneti affrictum ſtatim
vim perdit. Sed obruimur experimentis.
Citius autem affectio & diutius hæret, quo

Disposita magis magis retinent passiones. procliuius est subiectum: vt procliuis ad rem Musicam auditam semel harmoniam placentem nō deponit statim. Quid quod auri tanta vis est, vt ex bono viro possit facere malum vel momento? Altine maculum puro panno serico, non statim eum delebis, præsertim si fortior sit alterans causa, vt si spiritu vitrioli perfundas seu cæruleum, seu purpureum.

354. *Vis stimulationis. Bufones. Baptista Porta lib 2. cap. 19. magiæ. Scorpius.* De animalibus hic potiss. loquimur. De plantis & harum partibus longe euidentior res est. Magi bufonem, feles & similia, antequam interficiant, stimulando ad furorem commouent. Magis enim ita nocere creduntur. Scorpius prunis circū septus non dato exitu excandescit adeo vt suum sibi venenum fiat, lethiferum. *Aspides.* Aspidas primum stimulandas esse, ad necem præsentem, testantur historiæ. Omnino furiis exercitata animalia longe fiunt perniciosora, vt de tauris, elephantis leonibus cōstat. Calore enim exuscitatur, efferuescitq; circa cor quicquid inest mali & prorūpit per oculos, rictus & alias partes. *Flammiuomi.* Hac vi dracones & quidā homines feruentes, exitiosum halitū, atq; etiam flāmas eructant. Quiete contra & frigiditate omnia sopiuntur fiuntque inertia adeo vt citra noxam serpentes tunc tractare possis. Pertinaces valde comperias antagonistas

in hoc

i hoc ipſo argumento. Omnia quondam 255.
bterfugia ademeramus cuidam aduerſus
os diſſerenti. Reſtabat exemplum ſimile
uod petebat. Nos vngebamus effectum
oc: cuius cauſa non appareret in natu-
alia: nec referre etiam ſi hoc vnicum
xtet in tota mundi ætate; dicebamus.
lec hoc abſurdũ eſt, ob rariſſimum con-
urſum omnium cauſarum, rariſſimum
uidem at non præter naturam eſſe quen-
am effectum quod ipſum etiam Aſtrolo-
i in ſuo cœlo fatentur, Platoque in ſuo
nno obſeruauit, nempe multos anno-
um millibus abſolui magnam illam re-
olutionem, qua omnia redeant ad chaos,
ndeq; Prometheo adminiſtro regeneren-
ur. Et quorundam effectuum tardiſſimæ
ſunt cauſę, vt exiccationis terrarum, trans-
lationis fluuiorum, migrationis populo-
rũ, de quibus Philoſ. in 1. meteor. 14. Quid
ergo ſi ſemel forte enata ſit vua barbata,
num hæc cauſam in natura non habebit?
Aut non talem, qualis maxime eſt pro-
babilis. Fieri quidem poteſt, vt ſanguis
fortuito moueatur, & non ob finem di-
ctum, aut cauſam talem ab interfectore
petitam: at ſæpe compertum comproba-
tumq; eſt verum iudicium, quod probabi-
le eſt a tali eueniſſe cauſa & ſi in nullo alio
animãtiũ genere euenit ſimiliter, nõ ideo
neganda

Singularitas effectus non tollit natura cauſa.

Plato Dial. de regno.

Vua barbata: Enata & alia ſunt in vna vita diuerſa, nempe racematim dependentes ex ramis diuerſis more rhibium.

neganda est ratio siquidem suæ sunt singulis affectiones & potentiæ. In aliis non ita feruentes affectus sunt etiam in futurum, quales sunt in homine ratiocinante, præteritaque præsentibus & futuris nectente, indeque intra se etiam directa imaginatione & cogitatione valde commoto. Imo in homine ideo res locũ tantũmodo habet, quia duplici mouetur principio ratiocinãte, scilicet & sentiente, cũ in brutis ne sentiens quidem sit perfectum: Atque ideo etiam obiectum de cane parum est validum. De Gemmis scribunt miranda, profecta nempe ex magorum schola, qui prætextum suis veneficiis quæsiuerunt per gemmas certis constellationibus sculptas, & imaginibus notisque impressas. Inde quem effectum præstiterunt vi magica, alieno scilicet auxilio, eum naturalem fecerunt. Magnetem dicit Baptista, suppositum ceruicali vxoris pudicæ, iucunde quiescere. Impudicæ prosilire. Quo pacto & de Smaragdo referunt, quod coitum ferre non possit. Cardanus id ex aliis scripsit. At contra dicit experientia. Hoc cognitum est, quod mortui domini digitis, quibus gestatus fuit, obsiliat. De Heliotropio lapide narrant, quod iunctus herbæ sol sequio, visui subtrahat gestantes. Plurima superstitiosa tribuuntur lapidibus

Bestiæ affectus habent similes humanis, at nõ eosdem.

Gemmarũ miracula.

Magnes.

Heliotropius.

is chelidoniis, medea Gemma ad hostes
interficiendos, & aliis. Sunt tamen pluri-
mæ illis facultates naturales non minus
mirandæ. Certo memorant, amethypum
ebrietatem sedare, qui effectus etiam aliis
inest, vt cornu ceruino brassicæ crudæ, a-
mygdalis.

Iaspidem supra vini poculum suspen-
sum tremere; chalaciam vix aut nunquam
igne calefieri. Nephepiten feruenti aquæ
iniectum, tollere feruorem, eamque re-
frigerare. Amianthum non pati ab igni:
adamanta neque igni neque ferro doma-
ri, licet non omnem: Bezoar venenis na-
pelli & arsenici resistere, imo esse Panace-
am quandam omnibus morbis profligan-
dis natam testante & comprobante Clau-
dio Richardo, cuius epistolam posuit Ior-
danus in fine tractatus tertij de peste. De
aetite in iuuandis parturientibus notissi-
mum est, quantæ sit virtutis: quod ipsum
etiam asscribitur Iaspidi & iridi gemmæ.
Hyæniam dicunt ore detentam vates red-
dere. De Liparæa aiunt quod venatorum
ictus certificet. Androdamas lapis iræ di-
citur resistere: Ophtalmius inseruire furi-
bus, eosq; inuisibiles reddere: Pantherus
victores facere. Molothites infantes tueri
a periculis. Diadothos ostendere species
dæmonum & oracula reddere: Pantaura
attra-

attrahere lapillos alios, vt magnes ferrum. Minium natiuum dicitur magnes Epilepsiæ a Cratone. Et ipse magnes præter alias virtutes, capitis dolorem proprietate tollere traditur ab Hollerio, quod ipsum etiam Ophitę tribuitur pręsertim ei, qui candidas habet lineas lapis, inuentus in equorum generosorum intestinis fertur vicem Thezoar dici explere. Alabaster oculos eximie iuuat, & capita dolentia. Spongites calculos comminuit. Et sic innumera licet experimenta coaceruare, non de gemmis tantum, sed & aliis mineralibus, & plantis & animalibus quæ si non vbique & semper respondent, non arguenda ideo sunt mendacij. Non vbique & semper omnia concurrunt. Quædam tamen magica & superstitiosa esse, non itur interficias.

362. Bodinus lib. 2. dæmon. 3. ex aliis hanc recitat sententiam. Ipse vero videtur inclinare in opinionē Platoni attributā, nempe animos interemtorū in occisores suos insistere, quod maxime faciant ij, qui inuiti ex hoc mundo migrauerint, aut brutis cupiditatibus fuerant obnoxij. Alij nō itē. Ratio ergo signaturæ omissæ aut factæ erit in præsentia & absentia animæ circa cadauer. Sed supra de hoc ipso diximus. Nos circumstantias alias consideramus, eorum quibus præsentibus fit effectus, absentibus non

Opinio Platoni tributa.

ius non ſit. Primum non ſatis eſt ab ho- *Cur fiat interdum interdum non ſignatura.*
ce aliquem eſſe interfectum: cognitum
ium oportet. Itaque de improuiſo occu-
patus, vel clam, aut cum ſtupore & terro-
re, vix ſignabit. Etſi a cognito id paſſus eſt,
niſi indignitatis & innocentiæ quædam
intima conſideratio & gemitus acceſſit, vt
ſuummet ipſius quaſi malum miſeratus ſit
non bene indicabit. Si etiam aliquandiu a
vulnere lethali ſuperſtes mutauerit affe-
ctũ, aut ſanguis ſit aliquid aliud diuerſum
paſſus, ne ſic quidem procedet, Reliqua in
theſibus ſat memorauimus.

Exoleſcere virtutes rerum tum conge- 262.
nitæ poſſunt tum acquiſitæ. Magnetis ad *Vires inæquales & exoleſcentes.*
ferrum trahendum ea vis eſt, vt teſte Ba-
ptiſta, vnciali pondere maſſa ferrum duplo
pondere graue allicuerit, retinueritq; ita
vt ægre auelli potuerit. Eadem vis in qua-
draginta librorum maſſa non fuit tanta:
Quin tandem fit, vt omnino tractoria illa
poteſtas deſinat. In acquiſita ferri eadẽ vir-
tute idem conſpicimus. Ambaris odorem
diu retinet amiculum; Sed tandem amittit
idq; eo celerius, quo violentius mutat ali-
us odor. Numeros exacte diſcit homo, aſ-
ſueſcit idem etiam virtuti. Abſtineat exer-
citio per aliquod tempus: torpidum ſenti-
es & fere ignarũ. Adeo ſopitur δύναμις tem-
porum, quibus euenit alteratio, iniuria.

For-

258. De canibus dissentaneus effectus videtur esse, quod affectibus veris nō moueantur sed similibus quodammodo, quodque reflexo actu vt loquuntur sint destituti.

264. De cupiditate superstite a morte.

Cupiditas seu libido corporea passio existens sine corpore non est.

Fortassis huic opinioni est aliquod patrocinium. Nam qui statim moriuntur eorum animi forte nullas vindictæ scintillas conceperunt vt vel metu affecti, vel de improuiso necati, aut alia perturbatione occupati. Quæ ratio nō esset absurda, modo verum hoc esset, superesse nempe cupiditatem a morte; quod citra præsentiam animi motumque eius fieri non potest. Nam cupiditas animi affectio est, quæ præsentem notat, cum inseparabile sit adiunctum. At vbi animus est, ibi animam esse necesse est. Hac præsente in corpore, mors non est. Interpretatione quadam probabile fit commentum, si nempe simile quid cupiditati inesse dicatur, vt motum accipiamus similem in naturali re, qualis fuerat ante paulo in animo & corpore simul; vnde iudicatur vindictæ quædam postulatio; quo pacto ille canis latratu occisorem domini prodens, dici potest id cupiditate vindictæ fecisse: aut vt illa statua Mercurialis collapsa prætereunte fœneratore quodam turpi, seu tonitru aliud ve signum tale exposcere vltionem de sontibus credi poterant, cum hominis sit ex talibus signis tale quid colligere. Alij commentum hyperphysicum afferunt: quod tamen ipsis exploratum esse nequit. Nam captum excedunt nostrum talia. Nec diuina suppetit

autori-

...toritas. Itaque qua facilitate aſtruitur, ... deſtruitur viciſſim. Caloris per ſe eſſe ...alefacere, frigoris frigefacere, manifeſtum eſt: Alia effecta vel communia ...nt, vel conſequuntur ex primis, vel accidunt. Calor quidem dicitur exiccare; & ...parare heterogenea, concoquere & maturare; attenuare; at idem etiam frigefacit, ...miſtiones peragit, cruditates gignit, inſpiſſat, humectat, generat, corrumpit, attrahit, cumulatque & digregat; aſſerit; ...laudit. Phil. in probl. materiæ diuerſis ...otentiis aſſcribit aliquos effectus contrarios, vt cum ignis glaciem liquefacit ...iccat, induratque ſaltem, refrigeratum ...alefacit, calefactum perurit. Sol ſuccos in ...orpore æthiopum & aliorum pinguium ...uſcedine polluit, ceram & lanam lintea, mel, agaricum, asbeſtum, purgat albedineque donat. Sic ſubordinati ſunt effectus; ...llicit aquas calor. Et quaſdam partes exiccat, vnde ſc. attraxit, quaſdã humectat, eas ſc. ad quas attraxit. In his quoq; aut relinquit humidum ante finem operis ceſſans; aut abſumit. Sic balnea medicata e corporibus impuris primum proliciunt, poſtea diſſipant ibidem humores. Ligna prima vſtione nigrefacit; abſumto humido redigit in cinerem albidum. In aliis pro materiæ diſpoſitione inducit colorem. Et ſic ſe

268. Effecta qualitatum. Caloris vires.

Vide 4. de Gen. an. cap. 3 calor indurat & relaxat: frigus etiam indurat.

Sect. 3 probl. 16.

Sic phil in 55 probl. Sect. 3. Eadem vis colliquefaciendo facit per... niones & exiccando tollit.

accommodat ad patiens. Alias vires habet ratione proprij sui subiecti, quod Macrobius etiam in saturnalibus monet. Nam in spiritibus rerum hærens, agit cũ illis variè. Si is subtilis & penetrans est, transit porosa in densis offendit; hicq; frangit & tundit; ibi nulla est læsio. In ferro violentam habet impressionem, in stipula non tantam; quanquam etiam hic vnio virtutis & coactio aut multiplicatio cum dispersione consideranda est. Quod si quid specificum in re est; hoc quoque assumit: vt ignis cantharidum vesicam lædit. Accidit si externus calor internum apertis poris prolicit, itaq; frigidius relinquit subiectũ. Coctio caloris determinati est: Putrefactio & exiccatio aut adustij nimij. Violentus enim cum sit, naturæ aduersatur. Eadem in generatione augmentoq; spectantur. Congregat per se; segregat ex accidente; Dum enim homogenea congregat, accidit separari heterogenea. Quædam sequuntur calefactionem; vt frigoris depulsio, virtutis resuscitatio, alteratio, vegatio incrementum, in talibus quæ seminalẽ vim obtinẽt. Sic de frigore statuere licet. Hoc videtur mirabile in calore calidisque, quod ab aqua calida seu flamma crassefactum lotium rarescat, fiatque perspicuum; Contra autem vinum diaphanum reddatur lacteũ & crass-

Calor spirituosus.

Coctio.

Putrefactio.

2. de ortu tex. 8.

Caloris vis mira.

t crassum infuso spiritu vini seu aqua ar-
ente vt vocant. Quædam olea denses-
unt affuso aceto aut frigida veluti capsu-
a. Lixiuium pellucidum perturbatur
ffusa aqua dulci seu calida seu frigida;
uanquam hic videatur incertum esse,
rassescat ne ipsa dulcis an amara, cui per-
nista dulcis exhibeat crassitiem totius:
Et ita in vino: crassescatne vinum ipsum
n aqua ardens. Videtur enim crassefa-
ctio esse impressio frigidi & crassi in cali-
dum tenue. Sed frigus & calor crassitici
causa per se non sunt. Nam & sereniss.
aer potest esse frigidiss. & idem calidiss.
Ex doctrina diaphanorum & adiapha-
norum dicimus; quod termini additio
ex pellucido faciat impellucidum; vt cum
crystallus perspicuus integer translucet
quidem: at pulueratus, additis terminis
plurimis, non amplius perspici potest.
Terminat autem calidus vini spiritus ideo
quia continuas vini partes dissecat vi pe-
netrante, & in multas distribuit visu in-
discretas. Vt ita totum videatur conti-
nuo obductum calore, sicut in Iride, quam
phantasma continuat, ex innumeris spe-
culis compositam. Ante istam termina-
tionem perspicuitas sicut in crystallo inte-
gro inerat. Hac ratione mistura interdum
istam affectionẽ tollit, & contrariã infert,

Crassefactio.

Explicatio dictorum.

Cur crystallus continuus solidusq; diaphanus: diuisus non item.

Iris.

Elementa per se perspicua. vt cum omnia Elementa per se sint perspicua, mista tamen id non obtinent omnia; Et postea magis mista, etiam omnino amittũt. *De lotio crassefacto.* Lotium partes obtinet diuersas, quas frigus expresso disgregante calore cõfudit terminauitque. Attendendum autem est in his effectis, aliud præstari a calore per se, aliud a calore materiato. Nã *Acetum lac segregat.* acetum, quod frigidum statuitur, lac calefactum etiam disgregat, & serum a caseo segregat; quo pacto calor solet facere in purificatione metallorum. Quod ergo præstat calor aquæ ardentis, quæ tenuitate partium & acredine penetrat; id non *Lixiuiũ qua recrassescat.* efficit calor simplex. Nam vinũ ad ignem efferuescit quidem at perspicuitatem ab hoc non amittit. Aqua dulcis, quia retundit acredinem & igneas partes lixiuij interrumpit quasi continuitatem eius itaq; terminat. Sed hæc veluti perfunctorie voluimus de quibusdam harum qualitatum effectis annotare. Canit Lucretius:

371. *De sanguine prorumpente, & vel nõ. Natura suppetias mittit parti affectæ.*

Namque homines plærunque cadunt in vulnus & ipsam,
Emicat in partem sanguis vnde icimur ictu:

Designans nimium ad resarciendum vulnus, naturam properare aduecta materia. Itaque vel vnica vena incisa seruataque aperta liceret exhaurire sanguinem cuius rei confirmatio est non tantum ex

Senecæ

ꝛnecæ & Imperatoris Turcici filij, alio-
umque facto, sed & illius scarificatoris
auari cuius meminit Langius; qui san-
uine cucurbitula exhaurire potuit vs-
ue ad syncopen: Itidem exemplum hæ-
narragiæ per cutem scarificatam, quæ
sti non potuit, adeo vt mulier, cui id
uenit, ne mortua quidem cruentare de-
erit. Itaque sanguis fertur ad vulnus fa-
tum, & data via prorumpit. Viscidus
& crassus facile viam ipse obstruit. Flui-
lus & tenuis eminet semper, nisi violente
etineatur. Mediocriter constitutus, me-
lio se habet modo. Ergo in his certior est
exploratio. Nam in illis aut totus effusus
est, aut hæret intus: vt prorumpere neque-
at nisi impedimento perfracto. Quod de
frigore cogente diximus, id locum nõ ha-
bet in valde tenui nisi gelu totum obriges-
cat cadauer. Alia etiam est ratio in venis se-
ctis magnis, alia in paruis alia in sanguineis
alia exanguibus vt cum cerebrum læsum
intulit mortem. Alia est in viuis, alia in de-
functis. Euenit enim aliquando vt natu-
ra quidẽ emittat magnam sanguinis partẽ,
at non omnem. Quantum enim pro reli-
quis partibus necessarium est, id retinetur.
Sic obseruamus ieiunis quibusdam vel nõ
vel nõ bene ex vena secta prodire sangui-
nem. Vidimus renum hæmarragiam quæ

Ars balneatoris.

Lib. 1. Epist. 40.

Ieiunis quibusdam natura sanguinem non dimittit.

ieiuno non, at pranſo cœnatoq; tantũ accidebat, poſt maiorem copiã ſubtractam.

273. *Aſtrologus ab ancillis ſuffocatus.* Variis modis præter venenum poſſe occidi animal, ita vt non ſaucietur, vel non in parte ſanguinea manifeſtum eſt. Aſtrologum quendam ancillæ ſuffocarãt puluinari, quod magnatibus quibuſdã frequens eſt; puerperæ ſæpe lateri admotos enecant infantes, ſomno nempe oppreſſæ. Et fieri poteſt ſtrangulatio, citra fracturam vaſorum. Plinius ſuffocatus eſt veſuuij expirationibus; quod noſtris metallicis, & his qui in profundas ſpecus puteos cellas ſe demittunt; quiq; cereuiſiæ efferueſcentis cura diutius morantur in apothecis eius; crebro accidit, veluti etiam halitus peſtifer balneantes alicubi ſolitus eſt examinare. *Saga homicidium.* Venefica quædam, referente Bodino, obſtetricem agens plures infantes occidit clam acicula in cerebrum infixa. *Alapa interemtus.* Alapa quidam interemtus eſt ſine vulnere. Fuſtibus quoque ea vis eſt, & fami ſitique. In talibus fieri poteſt, vt non reſpondeat expectationi euentus.

279. *Arefacta manus cruentaſſe dicitur.* De arefacta manu iam conſtans fama eſt, vt fere perſuadeat. Fuit autem clibano toſta poſt abſciſſionem diu ſeruandi gratia; Et ſuſpenſa in œnopolio publico ſupra menſam conuiuis & hoſpitibus frequentem. Poſt multos annos accedens

edens percussor dicitur signatus esse destillantibus inde versus ipsum guttis cruēs. Hoc mirabile est, si accidit. Primum nō a parte erat vulneratus. At sanguis ad vulnus properat, & circa id hæret quadamtenus. Deinde procul dubio totus post resectionem effluxit data via spaciosa. Insuper torrendo alteratus quin corruptus est, si quis superfuit. Pori etiam & meatus per quos potuerat erumpere, occlusi procul dubio fuerunt. Vnicum superest refugium: (nam quod directe ad subsidentem percussorem est delatus, & non ad alium potius, forte excusari facile potest.) Qui causam cornu ceruini in aula Vinariensi cruentantis, sat longe ex natura petunt; volunt cruoris quiddam in porositate cornuum resedisse, & siccatum esse. Hoc si immergatur aquæ, cornu, facile separatur tingitque eam simili colore, vt sanguinem esse affirmes. Idem euenire potest vaporibus admissis, ibique in aquā resolutis, quæ exitum quę reus seu forte inuenit, seu erodēdo sibi viā parauit. Vnde cumulatim effusa, pro sanguine se gessit. Ita in manu illa euenire forsan potuit, vt residuum quid cruoris postea sit vaporibus resolutū auctumq;: Et cum motu pristino adhuc moueri potuit; (nā resiccata diutius a difflatione & iniuria reseruātur) notauit homici-

Miraculum manus tostæ cruentantis si cruentauit.

Cornu ceruini Vetus cruentans.

dam decidendo versus ipsum. Si hæc ratio nō declarat, & verisimile facit factum; Sane videtur diuinum esse, aut cōfictum. Mirum autem etiam est vnum extare hoc exemplū. Fortassis raro tale quid machinatur Magistratus. Et in non signantibus possunt eadem locum habere impedimenta quæ recitamus de totis. De parte vestibus cruenta, quæ postea homicidæ oblata est non constat nobis exemplum. Sæpe ex iudicibus aliquibus quæsiui. Asserunt non huius gratia exhiberi neq; cruentasse vnquam, quod ipsi viderint. Sed homicidam sæpe conspecto isto sanguine commotum esse & cōfessum factum. An etiam aliquid in splendore coloreq; est variationis diuinitus excitatæ, vt scriptura testatur de pectorali sacerdotis Iudaici? Sane hoc non est obseruatum. Quanquam non absimile vero est, vaporibus tractantium colorem mutari, sicut de coralliis rubris asserunt: colore ea vaporibus ægrotantium pallescere.

Pannus cruentus.

An splendore signum euentat.

281. *Appellatio interemti.*

Fortassis superstitiosum videtur quod de appellatione interfecti dicitur. Est tamen alicuius potentiæ. Non quidem iuxta magian Agrippæ, qua nomina rerum ipsarū vim habere creduntur, ad commouendam rem nominatam, aut duo disiuncta copulanda: sed ad interemtoris animū

conci-

concitandum, obiecto multiplicato. Ita enim cogetur non tantum oculis videre, tangere manibus, auribus audire, sed & phantasia penitusque interno principio per reciprocationem motus agitari, dum quod sensibus percipit, animoque commouit, etiam sermone exprimere, & ipse a se ipso audire, & veluti suum sibi scelus obiicere, & vrgere compellitur. Hoc efficacius erit, si repetet ius amicitiæ olim initæ, vel societatis communis, quia vterque amicus homo Christianus, ciuis. Et quæ alia facti crudelitatem exagerant. Nominibus propriis inesse quandam vim colligunt ex his, qui alto sopore oppressi clamoribus, tumultu fere nullo excitantur, facile autem expergiscuntur, si proprium vocabulum occinas. De ambulonibus nocturnis experimentum est, quod periclitentur casu, si reuoces nomēclatione sua. Sic excitantur interdum syncoptici, apoplectici, epileptici, & similes. Bruta quoque facilius obsequuntur, & mitescunt vel consueta voce, vel nomine compellata, vt canis, cui nomen Albinus, seu lycisca, seu aliud, accurrit, aut restitat, eo dicto. Notum est qua arte Hyena, crocuta, mantichora & lamiæ alliciant animalia, quoq; pacto aucupium fiat lucrosum, tametsi de illis Plinius ex aliorum sermone pronun-

ciet. Ita inquit lib. 8. cap. 30. Hyena sermonem humanum inter pastorum stabula assimulat, nomenque alicuius addiscit, quem euocatum foras taceret. Item vomitionẽ habens imitatur ad solicitandos canes quos inuadat. Ex hyena & leęna ęthiopica nascitur crocula, similiter hominum voces imitans & pecorum. Hominum sermones imitari & monticorã in æthiopia autor est Iuba. Vim nominũ istam accidentariã lemures non ignorant. Samuel etiam oraculo, vt & Abrahamus, per nominis signum euocantur. Licet autẽ hoc totum ad cõsuetudinem referre. Quia. n. ita assueuimus nominari tanquam aliquid ad nos pertinẽs cognituri, si bonum iudicatur, resistimus, excitamur, assumus; eaq; aut ambiguo iudicio siue probabili aut certo: quanquam in his sæpe animus pertinax est, & refractarius. Sic vicissim, quia nomen est signum rei, commonemur sæpe vocabulo rerum amatarum, aut inuisarum, perinde ac rebus ipsis. Sæpe enim signum in locum signati succedit. Inde qui mortem timet, aut morbum, aut genus moriendi aliquod ob truculentiam abominatur: veluti cõtusiones membrorum per rotam, & alia auersantur, fugiunt iidem de his sermones. Nam imaginatio obiecto mota, repræsentat intus rem perinde

nde ac foris esset gesta. Noui quendã qui epulchrales conciones fastidiebat, facileque vel furebat, vel exigabatur loco vbi celebrabantur. Noui etiam, cui inter conuiuales sermones attingenti supplicia sceleratorum verbis modestis paucis, valida obiurgatio iraque fuit parata, quod apud honestos non deberet fieri mentio facinorosorum si diis placet. De hostibus & amantibus quid dicam? Diuinorum humanorumq; præsto assunt exempla, sæpe cominante diuino oraculo vel memorię deletionẽ. Consule matrũ historias, patrumque & filiorũ: quin & subditorũ. Inde monumentorũ origo. Inde eorundẽ sublatio. In dæmonomania ostenditur neq; crucifixi signũ, neq; Iehouæ nomen posse ferre diabolum. Et quam sæpe quaq; atrocitate sæuitum in Christi crucem sit, & alias eius statuas, mũdi codices testantur. De Iuliani historia est in tripart. 6. cap. 1. Is Apostata in Græcia admissus ad aditũ didicit a mago, dæmonas fugere crucis signum, quod ipse postea odio habuit, cumq; immolãti idem apparuisset in extis, cum corona sibi in Christianos bachandũ esse coniecit. De male tractato a magis crucifixo differit etiam Bodin. lib. 2. ca. 8. quod Gallici Suessæ sacerdotes inter alias ceremonias ad pluuiam cõcitandam etiã crucifixũ traxerint

Diabolus Dei monumenta ferre nequit.

Iuliani crimen et odiũ crucifixi.

per

per vicos,& in mare proiecerint, quod itidem obseruatum sit a Vasconibus. Sic Iu-
Cap.30. lib.6 tripart. lianus crucem vexilli Constantiniani su-
Cap. 41. stulit. Quãtum cum Paganis fauerit Christi statuæ in Cæsarea oppido, ostenditur
Hostes hostium monumenta non fuerunt. eodem libro. Et similia multa de furore, Iudæorum omniumque hostium aduersus monumenta aduersariorum passim leguntur.

282. Situs cadauerũ. De locatione cadauerum varia est apud vulgus opinio. In vulnus cadere confossos autor est Lucretius: quod ratione non caret. Eo enim impetus natura ad auxilium ferẽdum est: ne tamen quid im-
Quidam supini cadunt. pediat. Quanquam videatur hoc temerariæ obseruationis esse. Nam de nobili quodam viro relatum mihi est certa fide, quod ebrius aut alias impingens casurusque, non nisi ad tergum se inclinet, cadatque supinus. De ebriis cereuisiæ potu qui
Baptist. Por. lib 4. magiæ cap 21. Ex arist. de temulentia. vocatur πῖνος narrant: eos supinos concidere: cum qui vinum biberint, aut aliud inebrians labantur in omnem partem. Et quid certi sit in fortuito flexu, motuque in omnem partem, prout caput & reli-
Locatio in faciem. quũ corpus superius procliue est? Qui interemto assunt, in faciem illum locant; exutoque calceo, ni fallor, sinistro, & auersim posito, credunt elabi nõ posse homicidam. Affirmant hoc vel recente historia

oria multiplici graues autores, quos ipſi
udiuimus admirantes effectum. Nos nõ
idemus quid ſit in illa poſitura, ad talem
ffectum virium. Et audiuimus multos
eglecta collocatione, & irrita aufugiſſe.
ipſiæ nobilis quidam a cæde, quamuis
otum fere oppidum obequitaret, portã
el patentem non inuenit: nimirum ani-
no ita conſternatus, quod omnibus fere
erturbatis accidit.

Nouimus hominem contentioſum, qui
um alterum prouocaret ad pugnam, isq;
compareret, propoſitis ſimul humi duob.
gladiis, quorum alterutrum ipſe inermis
rriperet, poſt iram iurabat, ſe neutrũ vi-
diſſe, cum ante pedes proiectus eſſet in
nedium vterque, me ſimul aſtante & vi-
dente. Sed de hac re etiam ſupra diximus.
Quoſdam facti conſcientia adeo exagita-
uit, vt etiam elapſi ſponte reuerterentur
ad pœnam, non calceo aut prona locatio-
ne id procurante, ſiquidem ſupinum erat
defoſſum cadauer. Noſtra theſis de tali
itu non eſt: Et remota ſuperſtitione ca-
uẽdum monet ne in vulnus cadat, aut diu
ta ſit diſpoſitus is qui cæſus eſt. Nam pe-
riculũ eſt ne toto ſanguine exhauſto per-
eat iudicium, aut ſi aliquid ſuperſit, ne cõ-
creta ibi & veſtimentis compacto vulnere
nihil egredi poſſit: aut motus pronitaſque
falſo iudicet. Hoc

383. Esau fragrans. Hoc enunciatũ firmatur historia Esaui, cuius corpus adeo fragrans erat, vt vestes inficeret eodem odore. Vnde fallacia Iacobi non profecisset, nisi vestimenta eius induisset. Gen. 27. De corpore Alexandri referunt, id balsamum spirasse: sicut hircosi iuuenes hircum, Et quis nescit vestes eadem vi imbui? Bestiæ inter se infestæ pellibus æque succensent, cuius periculum fieri potest in leporina pelle canibus venaticis admota. Idem in cubiculis fit. Vnde animaduertimus loca insidiarum hostilium ab hostibus infestari: quod notum est venatoribus. Quanquam itaque vis principaliter est in corpore homicidæ, tamen veteres vestes imbutæ magis sunt recentibus, a quib. sæpe etiam corporis mutatur odor: argumento quod canes peregrino habitu recens sumto dominos suos non facile agnoscant. Non lauanda prius sunt cadauera antequam signum sit exploratum. Neve etiam sit incantatus amictus: cuius rei cum suspicio est, nudus statuatur reus. Crebro autem hoc euenire norunt iudices. Sæpe enim tormenta non sentiunt nocentes, quod amiculum carmine procuratum gestẽt, quo exuto, continere se amplius nequeunt. De illo silentij fascino Bodinus lib. 3. Dæmonom. cap. 4. Item 2. de mummone tor-

uras non sentiente. Posse autem sisti sanguinem incantando experimenta magorum docent: Et Corn. Agrippa de vanit. scient. cap. 44. Vlyssi sanguinem vetus restrictum asserit.

Historiæ vulgantur duæ, altera a Scaligero de nobili familiæ suæ puella lilia non ferente; altera de rustico abhorrente mala. Quanquam autem de viuis ista & similia memorantur, in quibus tanta vis imaginationis est, vt humores conciтet, tamen quia confecimus posse fieri, vt a morte similiter moueantur: Et cum odoribus vis quædam aduersaria profluit, non absurdum est quod diximus. 285. Exerc. 142. sect. 2. ἀδυναμία.

Notum est, quosdam loquaces, γελωτοποιοὺς, gesticulatores, saltatores, & similes non indiscretim omnibus pręsentib. idem vel tentare posse, vel audere: siue quod pudore reuerentiaque grauium virorum retineantur, siue quod animus quasi ligetur & torpescat virtute alterius præsentis: siue quod genius genio cedat & obtemperet: quasi non ferat pij & modesti hominis custos, alterius impurum rectorem quicquam a pietate alienum exhibere. Noui hominem qui alias colloquiorũ amatoriorum peritissimus, valdeq; ad ea procliuis quodã tempore ne mutire quidem cum virgine pulchra & affabili auderet, 286. Gesticulatores & scurra. Cur non quouis præsente possimus idem.

ret, socio suo strenue nugante. Interrogatus respondit, se nescire quomodo repente tam vecors fuisset factus, quasi stupore ligata mente, cæpitque pœnitere facti. Alium noui hominem doctum, cui magna erat voluptas pręsentib. aliis quodam ingenij specimen edere, nisi quis interesset autoritate maior. Hoc enim præsente etiam prouocatus volensque sentiebat ingeniũ suum hebetius factum, quod, opinor, alter animi motus fortior inhibuit alterum. In agentium naturaliũ ordine notum est, fortius quod est, elidere alterius conatum; vt fœtorem conclauis, vel paucum ambar corrigit. Fortassis fieri potest, vt quem quis viuus valde fuit reueritus, eum defuncti sanguis motu quodam simili prodat. Et sic quem valde timuit, ad eius præsentiam nec sanguis quasi refugiat, aut veluti victus torpescat, cum tanta sit metus vis, vt etiã exanimare possit. Et sæpe animus viuorum præsagio quodam prænotat aduentu eorum, quos timemus. Sane ad aconitum torpore aiũt scorpiones, piscatores ad piscis torpedinis vim emissariam. Magnetem præsente adamante (quod licet falsum arguat Baptista, creditum tamen ab antiquis est, forte non vano experimento, siquidem etiam herbarum virtutes non omnib. locis & temporibus

Motus motũ obterit & inhibet in animalibus ratione principij communis.

Stupor.

poribus & circumstantiis sunt eædem, non ideo ignotæ aut falsæ veteribus putandæ) se continere a tactu ferri. Reuocari huc possunt multa superioribus homogenea.

Floræ festum qui agitabant, præsentem austero vultu Catonem, aut ridere aut abire iubebant: quod affine est illi Græcorum; ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι. Consortium vis quanta sit nouimus. Conciliantur similes, diffugiunt dissimiles. *Graculus graculo similis simili, A similibus illecebræ: ab aduersis fuga.*

Non ferre potest Iohannes cum Cerintho communem balnei vsum. Et siue simulet, siue serio agat, diabolus memoratur refugisse cruce insignitum Iulianum; Et oracula deseruisse in alpibus præsente Gregorio: Et in quibus aliis seu diuinæ virtutis pellentis aduersa, seu naturæ dissentientis argumenta passim scribuntur. *6. tripart. 1.* *Euseb. lib. 7 cap 25.*

Quanquam confirmat Bodinus, magicas artes non posse quenquam potestati iudicum surripere, etiamsi omnia diaboli machinamenta consumantur, tamen idem iudicat, si saga prius intueatur iudicem. Posse eius animum irretiri, & vel ad commiserationem flecti vel perturbari, vt abstineat condemnatione. Quin & vincula eximi manibus pedibusque vel intuentibus ipsis. *293. Magi iudicio non possunt subduci.* *Animus iudicum occupari a saga potest.*

Simon magus Neroni artis suæ speci- *Simonis magi impe-*

men daturus iubet se occidi nudiustertius rediturum ad vitam. At oculos omnium ita fascinat vt bestiam pro homine decollare sustineant. Non improbabile talibus experimentis fit, posse magos etiã sanguinem vel sistere vel commouere, vt vel non indicet reus, aut alius omnino, vel aliquis innoxius. Sentit idem etiam is, qui oppugnauit Scribonij sententiam de examine sagarum per aquam frigidam. In his ergo cauti debent esse iudices, & aliis potius, quam hoc modo elicere veritatem.

295. Diaboli per ceremonias illusio. Multa hoc in loco de veneficorum ceremoniis forent recitanda, nisi tæderet transcribere ab aliis abunde exposita. Nos probabilitatem dictorũ ponimus, nõ nescij versutię diaboli. Hic persuadet suis satellitibus, quę ipse peragit, vi ceremoniarũ quarundam; & materierũ perfici, vt tum fideles in officio retineat, tũ in consortiũ vocet malefactorũ. Itaq; pulueribus, hostiis, bufonibus, lacertis, sanguine, cadaueribus, extis infantũ vtuntur, additis incantamentis, quibus putant fieri applicationem & directionẽ: vt & characteribus statuis & similibus, quæ si anteuerti quo modo possent, forte eluderetur magicus reus qui ipse conscius foret magiæ. Sed vetulæ *Ignotæ sortes gestatæ.* magę plęrunq; ignotas sortes talib. addũt, veluti quadrifolium de improuiso inuentum

tum

tum, & nescio quibus artibus præparatũ, & alia, plærunq; crinib. aut vestimẽtis abscondita, nisi penitus cuti sint infossa. Hic itaq; valeret rasio corporis & nudatio. Ad carnifices, magos confugiunt alij, quos ideo in precio habent, quia callent artem detegendi, soluendiq; eiusmodi vincula diabolica. Sed hi recte accusant paris impietatis, cũ magia magian deprehendat & contra præceptũ Euangelicum faciãt mala, quo, vt opinãtur, eueniant bona, quasi non placeat diabolo pro vna victima reportare geminam, præsertim tam pulchro prætextu. Interdum diabolus præmonet ministros suos homicidas de magistratus decreto. Itaque hi præarmare se possunt, vt ita auxilium nostrum fiat vanum. Sed satis est ista modo attigisse.

Carnifices magi magos detegũt magia opera.

Ea vis est conscientiæ, vt sæpe nõ patiatur delitescere homicidam: Accusat eum noctu dieq;: vnde non immerito Poeta:

298. Conscientia: Nemesis: Adrastea.

Pœna autem vehemens, & multo sæuior illa
Quã nec cædicius grauis inuenit, aut Rhadamantus
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Constat de Oreste, quod eũ vel furiis agitauerit occisæ matris conscientia. Constat de Oedipo, & aliis gentilitiis. Sacrę literæ Caini angustiã prodũt, vt & Iudę proditoris; Quidã idem de Pilato memorant. Præter historias a Bodino recitatas, insi-

Orestes. Oedipus. Cain. Iudas. Euseb. lib. 2. cap 7. Iosephus.

Sabellius. *Ioan. Basilides.* gnis est Ioannis Basilidis Moschorum regis, qui postquam ferreo baculo innocentem filium interemisset, similiter imo miserius Pausania afflictus vsque ad mortem fuit. Ita etiam Herodes rex occisa coniuge *Herodes.* Marianne pœnas luit, & tandem cumulatis facinoribus misere interiit.

299. Impedimenta signandi. Plurima esse impedimenta profusionis sanguinis ante diximus. Sed plures falsæ signaturæ causas, tum naturales, quam dęmoniacas esse posse nemo ambigit. De Reueritis paulo ante loquebamur, vt & de illis quibus vis quædam adesset concitandi sanguinis, siue ex crasi, siue ex magico instituto. De amicis itidem monuimus. Et quod hic ponimus, de his qui paulo ante mortem assunt commiserantes, id supra etiam de absentibus vnice desideratis in vita pronunciauimus. Addantur his aliæ προφάσεις naturales, de quibus ante.

301. Facile est falli in multitudine, præsertim conspirantibus sicariis. Notandum autem etiam hoc est, quod aliqui adeo sint impotes animi, vt licet innocentes, ex suspicione tamen inducti, adeo consternentur, tremantque, & horreant, vt facile dispositionem similem veri percussoris possint acquirere, idq; consentiente imaginatione super percusso præsente, cuius

in om-

in omnem partem diffluentes halitus facile ſibi inſinuat, indeque commouetur aduerſe. Inde alteratos halitus proprios non abſonum eſt principium alterum attingere, atque ita commotionem excitare. Notum eſt, quid metus poſſit ex hiſtoria eius, qui vel vna nocte iuuenis caneſcebat. Cardanus etiam putat ouinam pellem contraxiſſe vim ex metus ſimili agitatione, dum ab eo voraretur ouis. Metus gignit fugam, quæ alioquin in viuis proſecutionis audacis ſolet occaſio eſſe. *Signatus autor cadis mediatus & immediatus.*

Accidit quodam in loco, vt per miniſtrum interficeret quidam abſens ab eo loco innocentem amicum vxoris potiundæ gratia. Iudicatus eſt cruentatione cadaueris tam is qui cauſa prima fuerat, quã qui adminiſtrans. Hoc non videtur fieri poſſe naturaliter, niſi inter ſtrangulandũ inſinuata penitus vtriuſque notitia, & per hanc acquiſita motione. Facilius id fieri potuit in altero, qui vtrunq; habebat præſentem, licet miniſter tantum admoueret manum iubente hero. In grandi multitudine, veriſimile eſt eum ſignari qui magis afflixit, & ad quem verſus vnice eſt conatus. *303.*

Sæpe accidit, vt medicamẽnti vi ſubtilis acriſque effectus ſanguis, exeſis, eroſiſque venis aut meatibus erumpat; Idq; cum ſuo *306. Sanguis medicatus.*

fiat tempore, sępe post obitum completo, fieri potest vt tunc erosione completa profluat humor. Id etiam annotandum est, ne quo morbo tali ante laborauerit interfectus. Nouimus enim quosdã, qui morbo Epidemiali quodam, & sideratione aut Epilepsia interemti, a morte demum per os, nares, aures & alias vias sat copiosum profuderunt sanguinem. Tale quid si eueniret, non immerito reddere suspectam iudicaturam possit. Et licet ad præsentiam talis hominis, & non aliorum cruentasset, quis tamen fortunam excusaret? Remedio erit crebrior inductio: nisi vna agitatione & prima fractæ sint vires sanguisq; effusus copiosissime: vt secunda vice nulla possit esse amplius. Vident iudices in quam intricata re versentur, iudicium istud quærendo.

Apoplectici a morte cruentantes.

308 Cacochymicus sanguis.

Quæri hic potest, num sanguis cacochymici hominis signare possit, & num sicut natura sua integer & per se bonus, ita etiã phlegmaticus, melancholicus, biliosus. Cacochymia sane lõgius discedit a natura ꝓbi humoris. At si quis temperamẽto partiũ principaliũ ad generationẽ succorũ dictorũ, vt sanguinis pituitosi, melãcholici, biliosi, serosi inclinat, in eo essentia subiecti nõ variat, adiũcti ratione posit variare motus. Nam crassum & viscidũ ęgrius mouetur:

getur: citius & promptius biliosum & tenue. Ita est in spiritoso, & non tali. Omnibus motus competit: Nam omnes affectibus agitantur. At sicut in animi perturbationibus alij magis minus: ita etiā hic Biliosus mouetur facile, pituitosus segnis est & timidus. Melancholicus, nisi sit præter naturam talis, vitio atri succi, aut adustæ bilis, quo morbosis & cacochymicis accẽsetur, tardũ itidẽ habet motum. Considerentur autem etiam misturæ. Sæpe.n.bilis phlegmati, phlegma melancholię mistum est, sæpe æquabilis contemperatio.

Motus promtior vel tardior pro natura humorum.

Certissimum iudicium assequi difficilimum ob circumstantias est. Et qui adhibentur, nõ philosophi exercitati sunt. Sed plærunque tales quales Aristoteles describit, qui paucis inspectis facile pronunciant, hoc est imperiti: qui mundũ putant esse palmam. Hi etiam sæpe non applicantes debite agentia patientibus obstant sua culpa iudicio. Vnde causa quædam est, cur raro fiat signatura. Quod si tamen omnibus accidentariis remotis, & prudenter constitutis necessariis, signetur cruoris profluuio homicida; non id est contemnendum, sed pro necessario habendũ. Sicut enim necessitate naturali magnes mouetur ad magnetem vel ferrum, vel vice versa, ferrum ad magnetem: ita etiā hic

312. De certitudine iudicij.

 euenit,

euenit, licet non per attractionem, vt ſupra monuimus.

Quid autem porro ſignum hoc valoris habeat ad ſententiam dicendam: iudicibus relinquimus. Putamus enim id non ſufficere ad mortem; cum fieri potuerit vt vi vis ſit repulſa, aut alio modo cædes excuſetur, quanquam ſignum fiat. Adhuc de iudicio hoc.

DEO GLORIA.



ANDRE-

ANDREAS LIBAVIVS D. CLARISSIMO VIRO D. IOHANNI HARTMANNO Beyero, Medico Reipub. Francofurtensis ad Mœnum ordinario; amico suo, S.

BINAS a te vir præclare, vno quatriduo accepi literas; posteriores quidē satis mature; priores vero tardius ac consultum nostræ inter nos amicitiæ, & studiis iudicaui. Mense enim amplius in via hæserunt, antequam meis oculis & conspectui se obtulerunt. Euenit vt desiderij tui fames, obiecta cognitionis petitæ offa, minus cito potuerit compesci. Sed liberaliore responso si quid mora attulit detrimenti, abunde compensabo. Non sequar puncta dierum asscriptorum. Posterius datas, prius autem acceptas primo percurram loco. Inde me vertam ad illas testudineas. Magnam partem Neoparacelsicorum typis expressam scribis. Gratum id quidem mihi est apprime. Gestit enim animus non tam oppugnare ferireque aduersarium, quam ictus quos intendat mineturque vicissim, præripere & se

ad dextre excipiendum retorquendumque componere verum quod adiicis operarum typographicarum potissimum incuria non pauca deprauata esse; aliquantulum occurrit molestius. Ideoque viros bonos rogo, vt tum meæ ad res potius quã ad verba procliui attentioni, tum amanuensium calamis, typographiæq; festinantibus literis aliqua condonent errata. Humanum est in vocula impingere, tametsi turpe.

Assyluani chartã empiricã siue adiunxeris operi siue non adiũxeris, perinde fortasse fuerit. Iudicaui apponendam vt viri boni quorum oculos animosq; hactenus occupauit, ex vngue agnoscãt leonẽ. Mihi profecto non similis agyrtarum schedulis deliris, sed plane τὸ αὐτὸ videtur. Multæ ad nos perferũtur a doctis indoctisq; eiusmodi tabulæ. Forma omnibus eadem; eadem præceptio. Margines in aliquibus attitulis & aliis ineptiis sunt occupatiores. Mutatur rustico Dominus, Iacobina Pasicompha, Simone Dauus.

De Capiuaccij opere gratulor pietati & diligentiæ tuæ. Vbi prodierit, præstantissimorum ingeniorum viuam mundo exhibebit imaginem. Videbo tunc vtrumque.

Sed facessat epistola prior. Ad testudinem.

hem. In vestibulo agnosco iocum de
Amvvaldina erga me beneuolentia tuum.
go vero quid commisi criminis, vt il-
e panacopola ex arida exuccaque sua
ola meam in suo purulento scripto o-
entet personam? Probasti, inquies, e-
us puluerem; Eius nunc das merito pœnas
ho vero, inquam, puluerem nec dum
nprobo: nunquam quicquam ad salutem
ocietatis humanæ inuentũ contemturus.
mposturas vero & odiosa commenta ego
e vnquam meo calculo comprobaui?
gone illi inerti, & tumido blateroni toti
nedicinæ factam iniuriam condonem?
gone Professores eius synceros tam
curriliter excipi impune sinam? Autori-
atem vero homini inepto meum alloqui-
um conciliare nec debet nec potest; quan-
doquidem nec minerua visa porcus glo-
riari. Noui quibus pari consilio & expres-
sæ sunt literæ, & pro testimoniis passim
suspensæ. Mirabor si cõstantes habuerit te-
stes alios, cum se tam fœde delusos cogno-
uerint. Veniã tamen factũ meretur. Blate-
rones mensarios in foro publico, & melan-
cholia demẽtatos vates nõ raro percõtan-
tur boni, citra iniuriã famæ. πάντα δοκιμά-
ζοντες τὸ καλὸν κατέχομεν Sed tibi Assyluanus
nisi Adria surdior, oue mitior, ipsaq; som-
no est somnolentior; dicam impinget
grandem

grandem. Bardum ac ſtupidum vocas. Quid? Tamne induſtriæ medicinæ inuentorem ſagacem? Tamne Deo carum, vt præ multis millibus gratia excogitatæ Panaceæ ab illo peculiariter ſit donatus quã nemo niſi vel Patriarcha vel Propheta vnquam vidit, poſſeditue? Sed & alienum iudicas a philoſophiæ & medicinæ ſtudiis adeo vt nunquam acceſſurus videatur ad Galenicam factionem. Id vero grande delictum eſt. An nõ perterrefactus tam ponderoſis vtriuſque iuris, licentiati, & vtriuſque medicinæ Doctoris, nomenclaturis abſtinere vel cogitatione ſiniſtra debueras? Quantum mihi conſtat, etiam ſcriptis, præclarus & illuſtris eſt. Norunt iuris periti auctam ſuam familiam eſſe nouo opere iuridico, medicina gratulatur ſibi de acceſſione duorum voluminum, quorum vnum terras non terras ſigillis imprimit, & eadem præ ſe fert commenta, quæ legis in omni ſalute; alterum Panacean commendat ad cœlum vſque, quod auide deſideraſſe mundum tertium iam repetita editio conteſtatur. Talem virum non debueras remouere ab adytis philoſophiæ, præſertim cum iam aliquoties promiſerit defenſionem ſui & tractatum ὐωποριςων, de arborũ, lapidum & neſcio quorũ aliorum ad iuuandam ſanitatem præſidio.
Quin

uin & amici eius non erubescunt in pri-
rs subselliis collocare eundem. Caue ti-
ba tanto Monarcha. Ille tuā philosophi-
m suauiter ridebit, & strepitu iucundo
xplodet medicinam, negans veram penes
eos esse, nisi quos Paracelsi spiritus affla-
it, aut ille familiaris dæmon (quem a Deo
etere ad clandestina mysticaque collo-
uia iubet liber Arbatelicus) intra Vestæ
enetralia informauit. Cur vero illi tam
ihil tribuis, vt etiam prima humaniorum
rtium degustasse fundamenta vix tibi
ersuadeas? Atqui eleganter Mænadum
morem γεῤμανίζει. Latinitatem vero
iam etiā tot vocu is interiectis satis com-
mendauit, nec desunt boni viri, qui lati-
e salutare homines posse autumant, licet
ngua pene hallucinante. In Dialecticis
amus est tertius. Tune vel ipso nomine
ormidandum vilipendas? Aspice apodi-
ticos illos syllogismos. Attinge eos, &
onfuta, si vir es. Chrysippæum experiere
cumen. Insuper omnium esse peritum,
ræsumtio iuris est, non de nullo. Qui e-
im Panacean tractat & administrat, is
rocul dubio omnia nosse præsumitur; si-
ut & Gramanus noster, dum ex paruo
nundo post fornacem aut furnum phi-
osophicum omnia quæ sunt in magno
nundo contemplatur; Et si homo deest;
homi-

hominem vulcanium arripit ex mineri terræ & in vno videt omnia, cuius sententię astipulari videtur etiam recens quidam Paracelsi ex Galenica schola, admirator & protector admodũ feruens. Oportet te aliquid tribuere hypothesibus. Multi sunt doctissimi secundum mathematum αἰτήματα. Meditare de propugnaculo. Oppugnaberis procul dubio. Ioannem Osvvaldum, item aduersarium Amvvaldi ignoro. Memini aliquando in ludo patrio mihi commilitonẽ esse eius nominis. Isne aspirauerit ad istud fastigium? At ego putabam Theologum fore. Gaudeo eius conatu me avocari hostem acerrimum. Proculdubio enim Assyluanus peritior sermonis patrij quam latinitatis odiosæ, aculeum in Germanice loquentem, cuius verba intelligit, conuertet. Vtinam & tua epistola sciret teutonice. Latere vtrinque tecto, egregie euaderem.

Sed missis istis, ad postremã literarum partem peruenio. Grande quoddam a me petis munus, manifestationem nempe mysterij æternis seculis taciti de Panacea concinnanda. An tu ignoras chymicorum religionem? Diris deuouent, si quis violauerit sacrum Vestæ garrulitate sua, & quidem Tantali minitantur pœna supplicium atrocius, propterea quod Deus nolit

im

mo vetet diuulgari æterno ſilentio dam-
nata naturæ abdita. Aſſyluanus nunquam
putauit quenquam eſſe aut fore qui iſtud
rutari queat. Et tu poſcis boni incom-
unicabilis communionem? Tune tan-
um mihi fidei habes? Tantine mea eſt
duſtria, vt credatur καὶ τὸ βάθος τῆς γνώ-
σεως τῆς ἀμυάλδου, καὶ ἀνεξερευνή τους θησαύρους
eruidere & aſſequi poſſe? Cenſet. Bern-
ardus G. Renorus a portu arcana omnem
im dignitatis & potentiæ ſuæ in occulto
abere, & requirere æternas tenebras. Il-
e vero eſt religioſus plane Paracelſi aſſe-
la & cultor admirandus. Peccem in ipſa
bſtruſa naturæ, & ſpecum illum ſeu Pla-
onis ſeu Trophonij ſeu Caci, corrumpam
i tibi poſtulanti lucem morem geſſero.
Verum enimuero quia te amo non vulga-
riter propter ſimilitudinem illam inge-
niorum Socraticam, aſſentiar tibi; hac ta-
men lege atq; omine, vt primum Harpo-
cratem ſilentij Deum exores; vt,

Sit mihi fas perſpecta loqui, ſit numina Veſtæ
Pandere res alta Amvvaldi ſub pectore clauſi.

Deinde, quo more vetulæ ſolent, nulli
aperias quæ tibi credidero, niſi cum ad
proximum excellentis eruditionis me-
dicum quemque acceſſeris, quem ſimili
ſilentij lege nobis devincies. Docebo
autem te primum analyſin; poſtea γένεσιν,
ſeu

ſeu συνθεσιν iſtius ſecreti, idque propterea ne minus videar Peripateticus, ſciatque Aſſyluanus, me non ope ſpirituum Paracelſicorum in ſua penetralia, & vulcaniam officinam ingreſſum, inde velut alter Prometheus igniculum detuliſſe ſacrum; ſed à mihi notiore, confuſoque ſeu effecto, proceſſiſſe ad notiora naturæ ſeu arti, & ſic inſtar Penelopeæ telam textam retexuiſſe. Male profecto ſuis rebus conſuluit, dum quod arcanum eſſe voluit, non ſepeliuit penitus & nocti tenebriſque conſecrauit, ſed paſſim vendidit adeo ſimplex, vt nullum putauerit tam acutum videre poſſe, quam linx aut ſerpens Epidaurius hoc eſt explorator aliquis metallicus & comprobandi auri argentique magiſter attentus, ſed ad rem ipſam.

Noſti plures eſſe examinum in officinis metallicis & chymicis modos. Ego contentus fui ſequentibus indiciis. Puluerem per noſtros ab Amvvaldo venditore comparatum adhibui ad deſcriptionem eius. Conuenit. Color ei puniceus intermicantibus albis corpuſculis; conſiſtentia Alcoolis, non aliter ac ſi antimonium rubicundum, quale facili arte euadit, aut florem cupri, ſeu ceris elutum diligenter, aut cinnabarim facticiam, aliqua albedine candicante miſcuiſſes. In aqua depoſuit crocum,

um, eumque etiam plane perdidit repe-
ta lotione. Vnde coniicere eſt tincturam
on ineſſe in ſubſtantia, ſed foris adie-
tam. Sed crocum prodit etiam odor
& ſapor, & leuitas euanida, vna cum adu-
tione, in qua & euidẽtius nares ferit. Pon-
dus illi inſigne exiſtit, adeo vt penitus et-
iam ſe in poroſa inſinuet ſubtilitate pul-
ueris ſimul aſtipulante. Tale ineſt mer-
curio, & metallicis aliis, artificioſe para-
tis. Illa grauitas cum ἐνοεισία etiam effi-
cit vt in aqua quaſi fluat lente ſi inclinaue-
ris vaſculum. Inſunt autem quædam par-
tes tenuiſſimæ, quas impalpabiles vocant
chymici. Hæ innatant, & continue co-
hærentes quaſi cuticulam puniceam ad
aras fugientem efficiunt, ſi agitaueris a-
quam & perturbaueris diutius, etiam il-
læ irrigatæ ſubſident. Siccitas enim ſub-
tilis terminat. Idem cernitur in pulue-
re rubificati ſtibij, floris æris & aliorum.
Oportet autem non ignorare non omni-
bus doſibus ſemper eundem eſſe colorem.
Interdum accepi fulgentiorem; interdum
obtuſum quaſi exiccati tuſique epatis.
Cum primas doſes explorarem croco e-
luto, cinabarin in puluerem redactam
immiſcui, ſeu potius appoſui. Indiſcretũ
obtinuit colorem, & reliqua omnia repræ-
ſentauit eadem. Obſeruaui interdum,

micas nigricantes veluti ramenta ſtibij crudi. Deprehendi poſtea eaſdem intuſa cinabari. Friari poſſunt particulæ & vnguibus frangi. Cum teruntur, reſplendent rubicundius. Albicantes vero micæ ſunt ad frangendum contumaciores, non aliter ac in concha margaritifera annotamus. Guſtus terreſtre quid vna cum croco prodit. Cum affricatur metallis, præſertim auro, & argento, deprehenditur nihil diuerſum a factitia Cinabari. Satis apertum eſt, ex diuerſis rebus compoſitum quid eſſe, cum partes inſint heterogeneæ, non miſtæ ſed ſaltem confuſæ. Quænam vero illæ ſint, ita indagaui. More metallicorum in aqua ſegregaui fugacia a fixis, ſeu leuia a grauibus. Croci color cito elutus eſt. Remanſere particulæ pulueris florum croci admodum leues, & intumeſcentes ab aqua, & ab elutione albicantes. Ad peculiarem locum, ſeceſſit candens mica, licet non tota ſeparetur. Ponderoſum & metallicum conſtitit ſeorſim. Solent chymici ex vegetalibus mineralibus & animalibus multa promittere; Et ego ex literis Amvvaldinis ad quendam in Thuringia datis cognoueram ipſum tres lapides agnoſcere; & triangulari ſuo ſchemati etiam inſcribere ſolem, quo notatur crocus, cui eſt cum corde amici-

initicia; Mercurium quo puto designari cinabarim; Et lunam qua vniones, et sic etiam ex mari, aere & terræ imo, seu tribus elementis, igni tamen comprehenso in mercurio, confecta erit medicina. Ab aqua simplici accessi ad acetum & aquam regiam. In vtraque persistit cinabaris, nisi ea sit admodum acuta. Ego vulgarem adhibui. Crocus & vniones statim consumuntur; vna cum aliquibus particulis subtilibus de cinabari. Nam sicut ex mercurio resoluto albus cinis restat; tale quid etiam, licet minutũ obseruaui in cinabari. Imo & ad extremitates aliquid veluti adustæ rubedinis in summo natans cõcedebat quod manifeste colorẽ a cinabari diuersum præ se ferebat. Aqua omissa consului vulcanũ. Is primo statim aspectu mutauit colorẽ & ex lucidiore fecit obscuriorẽ; ita tamen vt redeat prior a refrigeratione, si semoto croco & margaritis explores, nec nimis calefacias. Vbi plus incaluerit, primũ exurgit odor croci, postea fumus albicans mercurij cum fœtore sulphuris. Concipit autẽ etiam flammã purpuream: Quæ vbi euanuit relinquit cinerẽ in imo terreũ, in superficie ex albo flauentẽ; plane eodem modo ac fit cum cinabarim misces croco & margaritis. Non autem ebullit sicut fit in antimonio rubicundo, nec

tantum gignit spirituum. Si quid metalli accessisset, id remansisset in igni, præsertim tam leui. Nam vix calore viso, fugit color et spiritus. Scio quidem transmutari metalla in mercurium sulphur, & varios pulueres quin & vitrum; sed præter mercurium & sulphur nullum est tam fugax; Et hæc duo principia seorsim educuntur; non sunt vna, nisi quis reducat in vnum per sublimationem vel alia artificia; Et tunc nihil distant a cinabari. His & similibus aliis conuectus, quid aliud statuere poteram quam coaceruatum puluerem esse ex cinabari factitia, croco & concha margaritifera? Sed color dissentiebat, licet primo experimento responderet; sed & semper iudicaui cinabarim esse venenum. Amvvaldi vero puluis veneni prorsus est expers. Conferebam ergo me ad alia, præcipue ad mercurium corallinum. Sed ne huius quidem effectus consentiebat. Antimonium adibam, in quo sciebam mercurium & sulphur esse, & cuius color mihi antehac visus erat bene allusisse. Imo cum tantum tribuant chymici illius tincturæ, quantum ne auro quidem; & magnifica promissa Amvvaldi me impellerent; vix aliud statui quã Antimonium esse radicẽ illius. Composui etiam puluerem ex illo omnino similem

...mvvaldino, excepta sola ebullitione. Ef-
...ctus plane rem comprobauit. Quas e-
...m vires deprehenderam in Amvvaldi-
...a, illas etiam in stibiata. Sed vna nota
...ntum valuit, vt omnia abiicerem de An-
...monio. Tandem vbi cinabarim factitiã
...xplorare igni animus fuit; deprehendo
...stulatione leui colorẽ eius lucidũ transi-
...e in puniceum pallentem, præsertim au-
...em si partes vstulatæ crassiusculæ existãt.
Nam etsi extremitates paululum nigres-
...unt, tamen rubor intus seruatur, & con-
...ritu redit foras facta contemperatione
...ubicundi & nigri ad puniceum. Quod si
...bundãtius vstum sit, mistura crudæ cina-
baris erratum corrigit. Sed hic attenden-
dum est, ne vires pereant, & ne cinabaris
in vulgari officina ex impuris sit facta
principiis. Istis omnibus ita inuestigatis,
euentum & experientiam adeo, ea non
quidem tam ardua & portentosa ostendit,
quam declamat Amvvaldus, quæ tamen
annotaueram in ipsius medicina; ea iam
multis experimẽtis certus sum in hac ipsa
esse quam ego concinnaui. Iam absolui
primum, vbi vides conspirare cum sensu
rationem & experientiam, analysinq; cum
genesi. Nam iisdem examinib. eadem ani-
maduertuntur signa. Iam cape secundum.
Triplex est imitandi via: Vna est vulgaris

& admodum facilis; altera tertiaque laboriosiores, quanquam ego fiducia principiorum saltem vnam probem, Nosti rem ab officinis dictã vocabulo sanguinis draconis. Gummi est. Sed id apud Dioscoridem aliud habet nomen, quo designatur res mineralis vulgo, quæ tam similis est cinabari factitiæ, vt non tam ouum ouo sit analogon. Confecta est ex duabus substantiis: Vna est symbolum aquæ & aeris, altera ignis & terræ; vna fluit, & vel tota manet in igni, vel tota fugit; altera cremia est. Elige optimã, & accuratissime concinnatam. Contere, vt sit Alcool. Hoc irriga spiritu vini. Exicca in prunis clauso vase, sineq; paulisper coloris lucẽ euanescere, iã fere apparente nigredine. Exime & tũde, additaq; portione croci optimi & vnionũ imitatus fueris istã Panaceã. Quomodo ex Antimonio parari possit, in Antam vvaldinis, extat satis expresse. Extat & tertius modus quẽ ego maxime probo. Sed ita intelliges rectius. Prospice tibi de mercurio optimo, qualis inuenit in mineris auri, argenti, aut cupri, vel non procul a talibus. Cura autẽ eum ex minera afferri, ne prius fuerit in vllo opere, neq; etiã vitiatus admisto plumbo. Hunc purga diligẽter eluendo sordes per acidam muriã, donec puri cœli splendorẽ acquirat. Aliqui septies destil-

estillant, eo modo quem docuit Alanus. a purgato ingere auri purissimi & argen- bracteas. Sint autem mercurij partes XII. rgenti duæ, auri vna. Solue quantum po- es in vitro clauso. Solutũ exige per coriũ ircinum. Quod restat serua alij solutioni. Iercurio adde duplum aut etiam triplũ ulphuris aliquoties sublimati, plane eo nodo quo fit cinabaris factitia. Age in al- um super Vulcano. Quod eleuatũ est ex- me. Si color placet, bene est. Si non: pau- um adure. Adhibe etiam spiritum vini, & liquoties puluerẽ infunde, exiccaq; vicis- sim. Tandem adde crocũ, & quod placue- rit pro vario quo tendis scopo. Non incõ- sultũ foret macerasse aqua Theriacali ad- dito ambare. Sed tu ad misturas sat inge- niosus es. Hactenus exposui fide candida quæ mihi comperta sunt de Amvvaldina medicina, quam intra triennium vendi- dit, quamque tertio iam edito scripto tantopere prædicauit. Tu cum bonis om- nibus in familia medicorum, si vultis vti- mini fruimini; Tantum hoc cauentes, ne ex imprudente manifestatione noua exo- riatur impostura. Vale, & omnia huma- nitatis officia a me expecta. Pridie Cal. Iunij. Rotemburgi ad Tubarim; Anno 1594.

Errata typographica ita emendanda.

Pag.1.lin.10. iniusta. 8. 27. medelam. 9. 15. καθ. 40.16. Pico. 43.18. si. 45. 10. exemto. 47.28. rubore. 48.18. sitne. 58. 88. 159. 161. & alibi in margine pro lex, lege text. 58.30. non aliter. 59. 9. in potentia. 62.5. ὕλη τῶν. 79.20. cœli. 81.5. si statuerimus. 87. 18. esse. 89. in marg. pro test. lege tex. 97.4. diæta. 147.19. opponunt. 156.4. vite &c. 158. 18. sensoriis. 165.29. insita. 210.24 αὐτοδίδακτοι. 269. in margin. fele. 293. 24. scarificando. 301.15. mictio. 334.28. crura. 365. 4. amethystum. 366.9. bezoartici.

Reliqua lector æquus ipse animaduertet & corriget.

